



**Canones quibus defenditur dianoia in verbis Christi, hoc est
corpus meum, et controversiae de coena domini atque
similium dijudicandae certissima ratio demonstratur : Item
Assertio ritus frangendi, in manusque sumendi panis in
celebratione coenae Domini**

<https://hdl.handle.net/1874/402390>

8
3
CANONES QVI
BVS DEFENDITVR ΔΙΑΝΟΙΑ
IN VERBIS CHRISTI, HOC
EST CORPVS MEVM: ET CON-
TROVERSIÆ DE COENA DOMI-
ni atque similibus dijudican-
dæ certissima ratio
demonstratur.

Item
Assertio ritus frangendi, in manibus sumendi
panis in celebratione Cœnæ Domini.

AUCTORE,
P. Boquino Theologo.



HE Y D E L B E R G Æ.
HÆVDEBAT MICHAELVS SCHIRATVS
M. D. LXIII.

AVGVSTINVS AD HONORATVM

Separatis, vt ille ait, nugis locorum *communis*,
res cum re, causa cum causa, ratio cum ratio-
ne confligat.

CYPRIANVS.

Si in sacrificio quod Christus est, non nisi Chri-
stus sequendus est, vtique id nos audire & facere
oportet, quod Christus fecit, & quod faciendum
esse mandauit.

CHRISTIANA NO LECTORI.



VLTA quidem
ac varia, cum in
mūdi huius ad-
ministratiōe at-
que cōseruatio-
ne, tum in Ec-
clesiæ & propa-
gatione & de-

ensione, nobis Deus assiduè exhibet sue
providentię siue procurationis testimo-
nia: eaque adeo euidētia, adeoque cer-
ta, vt cæcos qui non vident, stupidos qui
non sentiunt, esse oporteat: at inter tam
multa in oculos etiam nostros incurren-
tia, vix scio an sit vllum vel illustrius, vel
admiratione dignius, eo, quod in peren-
nis sui hostis, administratorūque ipsius
frustandis consilijs, ac conatibus depel-
lendis, minimè raro edit. Quisquis pro-
fecto rerum istarum est studiosus obser-
uator, facile animaduertit: sic illum, hu-
ius cōsilia subinde ludificare, & conatus
dentidem ita euertere, vt in diuersum,
*ij imò

CHRISTIANO

imò planè contrarium quàm tendebant scopum feratur. hoc est quæ ad gloriam ipsius vel extinguendam, vel obscurandam tendebant: ei illustrandæ seruiant: & quæ ad Ecclesiæ suæ exitium spectarent, eius salutem promoueant. Eius generis stratagemata (si ea voce, in hac re mihi uti conceditur) edita sunt plurimæ ac longè clarissima: sed ea pleriquè velut clausis oculis prætereunt: nonnulli nò malignè minus quàm perfidè obscurare, aut suppressere conantur: soli qui sapiūt vident, obseruāt, suspiciunt. Enim merare quidē quædam ex multis, & digno quasi indicare mihi minimè difficile, aut etiā grauè foret Christiane Lectori verum de vnico, eoque ad institutū nostrum pertinente, te in præsentia commonefaciendum esse duxi. Nemini pio credo, dubium est quin infaustū de Cæcæna Domini certamen, Satana consilio atque atificio, & olim excitatum, & nuper redintegratum sit: idq; ut Euangelij cursum interciperet, aut progressum remoraretur: quippe qui Christo suam gloriam,

LECTORI

gloriam, & hominibus salutē inuideat. Verūm quid est consecutus egregius artifex? planè diuersum ab eo quod conceperat, atq; instituebat. Quid verò conceperat, quid instituebat? Quid nisi vt quam opprēsserat, & sepultam tenebat Doctrinā Christianā partem pulcherrimā, magis inuolueret: & odiosam reddēdo ab ea magis atque magis hominum animos alienaret? At enim quid effecit, quid fecerit? Istis stimulis excitati multorum animi (impellente: & illustrante eos cælesti Spiritu) non tantum illam doctrinam partem, sed cū ea plebasque alias è tenebris eduxerunt, explicarunt adeoque mirificè illustrarunt: & mysterium quod multis incognitū, prius erat contemptui, cognitum in summo precio haberi cœpit. quod plurimis, omnis superstitionis & impietatis materia erat: effectū est præcipuū pietatis exercitium. Quid multis? quod erat caput & inuicta arx Satanici regni, seu Antichristianæ tyrannidis fundamentum, in regni Christi præsidium conuersum est: certè inter præcipuos Christi

CHRISTIANO

Humanissimi nervos habendum esse pij omnes agnoscunt & fatentur. Deo ergo laudificante (si sic, de eo, loqui libet) contrarium illum hostem, quas is diuino ministerio aspererat sordes, per hanc contentionem eluit, ipsumque natio splendore restituit. Sic solet diuina prouidentia aduersarium suo ipsius conficere gladio & quod iste in Ecclesie Christi exitium molitur, in huius vertere salutem. Sed enim mihi obijcient multi: tunc Ecclesie salutarem esse ceses contentionem: quae animos exacerbat, & distrahit, quos coniunctissimos esse conueniebat: simultatemque inter eos parit, inter quos charitatem summam vigere oportebat? Ad illustrandam diuinam gloriam pertinere dicis, quae tam multorum animos abalienat ab Euangelij nomine atque professione: tam etiam multos offendit infirmos, vt nihil aequo nomini Christiano officere videatur: tam multos laedit, vt Christi regno exitium esse allaturam, vt mature occurratur, plerique non immemento metuant? Ego verò disertè respondeo: tam me inconsideratum nequaquam esse

LECTORI.

se, vt hæc omnia, & quæcunque huiusge-
 neris sunt, neq; videam, neque cogitem.
 Neque tam ferreo sum pectore, vt non
 sentiam atque defleam communia ista,
 & lachrymis omnibus dignissima mala.
 Non is etiam sum, qui immanissimi
 Dei atque hominum hostis consilia, stu-
 diâque non detester: & ministrorû ipsius
 conatus non execrer: verum nunc libet
 considerare, mirari, prædicare admiran-
 dam Dei sapientiam, quæ illi concipiūt
 ac moliantur mala, in bonū conuerten-
 tis: vt olim sapientissimus ille Iosephus *Gene. 50.*
 & sapienter agnouit: & palàm est pro-
 fessus. An non expedit Christi gloriae,
 vt mortis sue monumentum, hoc est om-
 nium quæ in Ecclesiam suam cõtulit be-
 neficiorum, nō commonefactionem so-
 lum, sed lucidissimum speculū, viuam-
 que imaginem, infinitis superstitionis
 & impietatis sordibus adobrutum, op-
 pressum, ac tantum non sepultum, na-
 tivo nitore atque vigori restitui: id est ad-
 eam, quam auctor ipse præscripsit for-
 mam, reduci? An non è re est Ecclesiæ,
 vt mysterium cum primis salutiferum

CHRISTIANO

(quippe salutis æternæ pignus lōgè certissimum) quorundam hominum partim ignorantia, partim malicia: nō modo ipsi ereptum, restitui: verum etiam in idololatriæ & impietatis omnino officinam conuersum, recepto pristino vigore in pietatis exercitium atque fomentum habere, eoque frui? Ad eam rem plenius efficiendam quorundam φιλοθεμιτων seruire, idque non citra diuinam prouidentiam, iudico, & dico. Fateor quidem eandem etiam animorum distractionē adferre: verum eos distrahit, qui malè conhabebant: hoc est quos non veri amor, seriumque pietatis studium coniunxit. Sat quoque scio permultos offendi, abque Euangelij professione absterreri, atque istos constat sua culpa impingere: ut qui luci tenebras anteponunt. Si eos veri amor ac pietatis studium tenet, salutisquæ seriò desiderio afficiuntur: cur non ad eam rem, quæ istuc spectat, animum suum applicant? Legant ipsi, inquirent penes quos vera sit sententia, explorent: præclarumque studium, & piam prudentiam Bergensium imitentur. Scio etiam

LECTORI.

etiã atq; sentio plerosq; deficere: at si hi
 essent, qui esse deberēt, quódque esse vi-
 debantur, & credebantur: eos nunquam
 alienaret disceptatio causa cognoscen-
 dae veritatis, cui salus est coniuncta, su-
 scepra: quantumuis in ea persequenda
 quidam secus quam res, nomen ac ipso-
 rum professio flagitent, se gerant. Abs-
 cedunt sanè, sed qui accessisse videban-
 tur, verius quàm accesserant. Nullo e-
 nim evidentiore argumento se hypo-
 crisis prodit, quàm apostasia: quippe quòd
 ista illius genuinus partus sit. Quid? fa-
 teor me hodie videre non paucos, qui
 deposita hypochrifi, impudentiam re-
 cipiāt, atque induant. Imò vix vllos nūc
 habet Christi doctrina & religio, infen-
 siores aduersarios, infestioresque hostes,
 ijs qui eam tueri ac iuuare se velle ali-
 quando simularunt. Ea autem in re a-
 gonosco iustissimam illam *ἀντιμαχίαν* cu-
 nim meminuit Apostolus Rom. 1. Quid e-
 nim iustius, aut decentius, quàm vt qui
 se Dei amicum, id est verum cultorem
 esse, improbè est mentitus: ac sub ea lar-
 ua multis imposuit: ea detracta se Dei,
 Christi,

CHRISTIANO

Christi veritatis, pietatisque manifestum hostem profiteatur: ac minimè malis hominibus imponere desinat? Sic enim Deus, quæ ipsius est & sapientia & iustitia, quam infensissimè odit hypocrisim, iustissimè vindicat. Abeant isti, qui exemplo Esau, edulium, iuri primogenituræ anteponunt: & quando ita ipsis placet, pereant: nos verò seriò cogitemur, expendamus, meditemur, quid sibi velit gravissima illa Apostoli sententia.

1. Cor. 11.

Oportet hereses esse, ut qui probati sunt manifesti fiant inter vos. Profectò, ut res se habeant, non dubitabo affirmare, ex hac tam acri dissertatione esse hodie effectum, quod olim effectum fuisse constat ex gravissimis illis certaminibus de Trinitate (ut loqui solemus) deq; Christi persona, & duabus in ea naturis, in Ecclesia excitatis Satanae impulsu: & ambitiosorum atque importunorum potiusquàm indoctorum hominù opera, & culpa. Exercuit quidem tum Ecclesiam Christi inimicus iste, verù quid effecit, aut est consecutus? Occasionem præbuit viris piis & doctis, eam doctrinam

LECTORI.

nae Christianae partem, quae ad illa capita confirmanda pertinet, diligentius excutiendi, ac penitus introspectiendi, itaque inter sese conferendi, ut non solum falsum impurumque dogma reuincerent atque exploderent: sed etiam sic purgatam illustratamque doctrinam illam partem posteritati traderent, ut illi aduersario, deinceps spes nulla sit, hac via Ecclesiam Christi concuti posse. Pium illi Maiorum nostrorum studium imitati nostrae aetatis viri quidam & pij & docti, simile quiddam in re sacramentaria praestitere: excitati ista contentione, quam quorundam ingeniorum immodica acerbitas, & nimia importunitas infensorem reddidit. Quia de re, te comonitum esse volui Lector Christiane, ut cogites alienis studijs atque laboribus in commodum tuum recte uti: & meminere vulgati illius prouerbij a nostro Chrysofomo non minus eleganter quam luculenter explicati: Nemo nisi a seipso laeditur. Equidem hoc negotium eo nunc esse perductum, sic explicatum illustratumque esse iudico, ut occlusus sit omnis
Satanæ

CHRISTIANO LECTORI.

Satanæ aditum ad tantum mysterium,
 (vti olim fecit) labefactandum, atq; con-
 taminandum. Simulque existimo adem-
 ptum esse omnem iustæ excusationis
 prætextum, ijs qui minus rectè ac piè
 deinceps senserint, de isto non postremo
 Christianæ religionis capite. Quare in
 id te incumbere decet Lector, ne negli-
 gas occasionem tibi nunc oblatam: sed
 vt ea ad salutem vtaris tuam. Vteris au-
 tem si rem totam, de qua hæcenus est
 controuersum, prudenter atque sedulo
 expendas: de alienis laboribus candidè
 iudices: & quam iudicaueris esse rectam
 veramque sententiam (hoc est propius
 accedentem ad literarum sacrarum cõ-
 sensum) eam probes, amplectaris, reti-
 neas, ames, tuearis. Sic aduersarium il-
 lum ludificaberis: qui quam in tuam, a-
 diorumque perniciem concitauit dissen-
 sionem, in tuam salutem conuerteret. Id
 si me audies, si te ipsum amas, imò nisi te
 odis, tibi que salutem inuides, sedulo cu-
 rabis.

SERIES

SERIES

CANONVM.

Can.

fol.

1 **E**X literis sacris, omniū
quæ de Religione sunt
controuersiarum, pe-
tendam esse diiudicationē. 1.

2 In hac controuersia diiudi-
canda, vt alia quauis, in pri-
mis est constituendus status,
atque præcise circumscriben-
dus. 17

3 Consensum primariorū do-
ctrinæ Christianæ capitum,
confirmare, non dissoluere,
aut labefactare, omnis in-
terpretatio debet. 31

4 Omnis verborum interpre-
tatio, accommodāda est na-
turæ rei, que verbis illis ex-
ponis

ponitur.

5 Interpretatio ea in primis
probanda amplectendaque
est, quam similitum locorum
collatio approbat, confir-
mat, atque illustrat. 59

APPENDICIS

CAPITA.

Cap.

1 **C**onsensus piæ doctæ
que antiquitatis in in-
terpretatione verborum
Christi. 68

2 Cōfirmatio ex formula Au-
gustanæ Confessionis. 69

3 Demonstratio ex aduersa-
rii, hoc est Heshusii scriptis,
71

ASSERTIO
NIS RITVS FRAN-
GENDI PANIS,

Capita.

Cap.

1 Panis fractio, est à Chris-
sto, in Cœnæ suæ insti-
tutione, & seruata &
mandata. sol. 78

2 Ritus frangendi panis legis-
timus vsus. 83

3 Panem sacrum in manus sus-
mere Christus iussit. 87

4 Ritus panis in manus sumē-
mendi vsus. 90

DISSECTIO

ANATOMIAE

GENITALIUM

MALE

fol.

De Testibus, et Epididymis
De Uterulo, et Ampulla
De Epididymide
De Vasibus deferentibus

De Semine, et Ejaculatione
De Penis, et Membris
De Testibus

De Uterulo, et Ampulla
De Epididymide
De Vasibus deferentibus

De Semine, et Ejaculatione
De Penis, et Membris
De Testibus

CANONES

QVIBVS DEFENDI-

tur *Διάφορα* in verbis Christi, HOC EST

CORPVS MEVM: & controuersia de

Cœna Domini, atq; similitum, diu-

dicandæ certissima ratio

demonstratur.

CANON PRIMVS.

QUAE literis sacris omnium quæ
de Religione sunt controuersiarū,
petendam esse diiudicationem.



ECCLESIAM

Christi uarijs dissens-

sionum procellis, ex

ea doctrina quæ ipsi

diuinitus tradita est

potissimum ortū ha-

bentibus, hodie mi-

sere agitari notius

certiusq; apud om-

nes est, quam quo modo, modus ijs turbis & ma-

lis imponi debeat, atque possit. Iudicauit itaq; me

factu-

A

231 CANON

facturum operæ precium, si quædam quæ mihi ad
 hanc rem pertinere uisa sunt, ex docta piæ an-
 tiquitate repetere. Si enim commoda aliqua con-
 ponendarum istarum contentionum ratio tandem
 adinueniri posset, non dubitarem omnibus utilen-
 ac non paucis iucundam & gratam eam fore. Sa-
 quidem contentiones esse exitiosas, & plerisque in-
 gratas atque molestas, cur ambigam non uideo.
 Prodierunt non ita pridem libelli quidam, qui ma-
 gnificis uerbis in ipsa inscriptione pollicebantur
 expeditissimam rationem componendarum contro-
 uersiarum, quibus hodie adeo misere laborat. Ec-
 clesia: quod si præstitissent, de bonis omnibus pro-
 cul dubio optime meriti fuissent. Verum audio non
 paucos mecum iudicantes, longe plus istos, in pro-
 te promittere, quam in recessu præstent. Neque so-
 lum non respondere rem uerbis, quibusdam place-
 re uideo, sed etiam plerumque pro auctoris nomi-
 nis, ridiculum miretur apparere. Visim igitur est
 mihi, id etiam amicis quibusdam suadentibus, meam
 istis de rebus cogitationem in publicum dare: &
 non tam meum iudicium, quam piæ uetustatis con-
 silium atque exemplum, data mihi ab auctoritate
 occasione, omnibus legendum atque expeditissimam
 proponere. Quisquis profecto aliquam Ecclesie
 sue antiquitatis habet cognitionem, & quid in
 Ecclesia gestum sit antequam esset natus, non igno-
 rat.

rat, nouit minime nouum esse, eam disidijs à doctrina ipsi propria nascentibus, exerceri atque etiam concuti. Id quod tamen mirum uideri plerisque possit. Quis enim non miretur doctrinam à Spiritu sancto pacis, concordiaeq; & amatore, & auctore profectam: & ab eo in hoc traditam, ut uno corde, atque ore Deus celebretur & colatur: tot atque tantarum discordiarum, adeoque acerbarum contentionum, ut totum pene orbem concutiant, & tantum non coelum terræ permisceant, haberi seminarium? Certe credat aliquis consulto esse obiectam, ut esset quasi quoddam malorum propria, proximaq; causa non satis perspicuiunt, iudicant haud dubie eam esse hominibus exciosam, quam plerique omnes & dicimus & scribimus esse (ut est) cōprimis salutarem. Id quod minime dubium est apud eos qui quæ sit ipsius naturæ genuina uis non ignorant. Quorsum enim à Deo est tradita, nisi ut se, suamq; uoluntatem nobis patefaceret: & ut ipsum agnitum amarem coleremusq;. hoc est ipsius uoluntati morem gereremus, atque mandata faceremus? Hoc si fieret, quis uel dissentionibus, uel contentionibus locus reliquus fieret? An non à Deo penderemus toti, ipsius nutum obseruaremus, inter nos optime conueniret, unum atque idem omnes sentiremus.

Contentionum causa ac culpa in lit. sacr. sine grani culpa deriuari non potest.

CANON

omnibus dissentionibus, adeoq; inimicitijs prosequatis, nos inter nos amaremus, amplecteremur, ut que ut par est, coleremus? Ergo tota, quod dicitur, uia, totoq; cælo errant, qui turbas istas doctrinæ cælesti, id est eximio Dei beneficio, seruatæ ceptas. Qui uero hoc nomine eam uel odiosam uel odiosam alijs reddere conantur, non se hinc se da ingratitude se contaminant: sed etiam se obstringunt nefariæ blasphemiae, seq; ad penam se obligant atrocissimam: quam dubio procul dabunt illi quando, grauitate tarditatem, æquissimo iudicium ac mortuorum iudice Christo compensantur. Neque enim huius doctrinæ incusandæ uisum rem causam habere quisquam potest, quam querendi de luce, si quis ea splendente uisum quod improbū aliquē patrare uideat: aut infanti di uini, optimam nimirum atque utilissimam creaturam (ut recepta hodie uoce itar) si usu uentum minus sobrios inter se acerbius contendere, acrimine que, ut fere fit, dimicare, ac mutuis vulneribus occidere. Quo iure, aut titulo, dissensionum uel culpæ æque suadet, imo iubet, atq; pacis, amicitiae, de conueniendi studium? Ei ascribere quod depellere, et in odioq; tollere omnibus modis studet, an non rationem dem habet rationis, atq; Medicinæ uisio dare quod

erebri, de subinde noui in homines intemperantes morbi grassetur? Istud autē cui, nisi aperte insano, ueniet unquā in mentem? Profecto aperta insania est, culpam reijcere in pharmacum, si perperam sumptum eum ledit, cui curādo fuerat destinatum: aut etiam conuerti de antidoto quod occidit, cum mortis depellendæ causa est adhibitum: eaq; ipsius sit & uis, & natura: adeoque hoc etiam sit illud prescribentis & consilium, & institutum.

Neque uero istis rerum iniquissimis estimato-
ribus, iudicio minus prepostero esse existimandi
sunt Rom. Episcopi adultores quidā ueriusquam
defensores, qui eos, qui istius nutum obseruant, ius-
sa expectant, mandata faciunt, denique, ut diserte
loquar libidini ipsius seruiūt, Ecclesie Christi, A-
postolicæ, Catholicæq; titulo donandos atque or-
nandos esse contendunt: eos uero qui ab ea tyran-
nide, & conscientiarum carnificina se subducunt,
neque minus perniciosam quam turpem seruitu-
tem seruire detrectant, eo ornamento spoliant, &
à nomine Ecclesie Christi excludunt: hac in pri-
mis ratione quod apud illos nulla audiatur, neque
iam inde à multis seculis audita sit, de Christi do-
ctrina contentio: uerum sit de ea constantissimus
consensus: inter hos uero & multæ, & graues, &
acerbe, & diurnæ de doctrina Evangelica dis-
sensiones contentionesque sint, uigeant, & magis

Refutantur
qui Papatū
Ecclesiā ca-
tholicā esse
contēdunt,
apudq; E-
uangelicos
(ut hodie
uocant) eā
esse negāt.

CANON

atque magis inualescant.

Etsi mihi cū istis parasitis, ut mitissime loquar
 si liberet, omnino liceret agere, eadem ratione quo
 que olim egit Christus seruator noster cum Phari
 reis illis (ut fuse diserteq; commemorat Mattheus
 Euangelij sui cap 23.) tamen in presentia uiam
 liam illis minus asperam, & ingratiā, quam
 iudico, ingredi institui. An non ab ijs qui Apostolo
 cum & nomen, & auctoritatem usurpant, merito
 flagitentur, & uita, & mores tanto nomine re
 spondentes, taliq; munere digni? Quis pudor, qui
 frons, nomina, re reclamante, non usurpare solent
 seo etiam superciliose iactare? An non id est A Espe
 picam corniculam plusquam imitari? Olim pro
 loco, se mentientibus Philosophos, legimus obice
 cum fuisse illud, Barbam atque pallium uideo, Phi
 losophum nō uideo. In istis uero, ne hæc quidē cre
 nuntur, quibus Apostolus adumbrari, aut fingi pos
 sit. Quid enim est in his, quod uel tātū illos re
 ferat? Nolo etiam nunc mouere controuersiam, de
 differētia siue auctoritatis, siue functionis Aposto
 licæ, & ut sic dicam, Episcopalis: quam tamen cō
 stat eos qui Apostolos sumi secuti, & olim Ecclesia
 Christi gubernacula cum laude tenuere (quos isti
 Patres Maioresque tam merito appellāt, quam me
 rito impuri Pharisei, se Abrahami posteritatem
 esse, inflatis buccis Christo obijciebant) non minus
 diligenter

Alia Aposto
 li quam Epi
 scopi func
 tionis ratio.

diligenter quam pie obseruasse, notasseq; . Imo uero quis tam rudis est Apostolicae doctrinae, qui istud discrimen ignoret? Isti si ignorat, ex una Pauli metaphorā de Architecto & ex aedificāte, discere facile possent, si dociles essent. Sed ista ualde (nisi uentemeter fallor) ipsis ingrata, non tamen ob id minus uera, nunc omitto: de doctrina agam, & quam merito nomine consensionis eā sibi uindicerent, nobis uero dissensionis causa adimāt, pluribus discutiam.

Et principio quidē, mirificam illam suam consensionem iactare si uolent, id faciant apud Indos & Arabes, extremosque Garamātas, hoc est, eos qui prorsus sunt incogniti. Nam ista nobis obtrudere nimis est ineptum ne dicam impudens: quippe qui non nesciamus, quid, ex quo Romana potestas (nolo uerbo duriore, rem durissimam significare) inualuit, uiguit, floruit, homines ipsi iurati, atq; ad dicti docuerint, didicerint, scripserint. Sumantur in manus ipsorum, qui adhuc satis multi supersunt, libri, fidelissimi custodes, atq; testes locupletissimi doctrinae huius: & conferantur cum scriptis prophetarum atq; Apostolorū, cum doctae pieq; antiquitatis monimētis, & cōmittatur ista inter sese. Quid bene Deus simile comperiemus? imo quid non simile apparebit? Discrimen huius ab illa quantum est? ut minimum quātum plumbi ab argēto puro puto. nolo enim dicere, quod merito dici posset, quantum

1. Cor. 3.

Falso, consensu Pauli tribuitur.

C A N O N

*ab albo atrum, siue lux à tenebris distat. At qui
 aiunt isti, optime inter ipsos conuenit. Quam con-
 ueniat bene, an nos nescire putatis? Quid Schola-
 sticorum (quæ scriptorum uestrorum est pars ma-
 xima) libri aliud coninent, quam perpetuas ipsor-
 um inter se rixas? An non meridiana luce clarius
 apparet, singulos, ut singulas opiniones (sic enim
 uocant) excogitarent, omne ingenij acumen adhi-
 buisse, neruosq; omnes intendisse? quo quisq; magis
 argutam, nouam, peregrinam, cogitationem adin-
 uenire poterat, atque pertinacissime, subtilissime,
 futilissime dicere debui, defendere norat, eo doctior
 habebatur: ipsiq; ab omnibus applaudebatur. Ista
 certamina oculis subiiciunt præclari illi libri: &
 unumquenque eo imprimis spectasse, ut in antago-
 nistæ placitis conuellendis, ingenij sui acumen ostē-
 taret, clarissime demonstrant. Istos testes incorru-
 ptissimos ex nostris oculis tollere, eorum memo-
 riam ex animis hominum eximere, prius debebant
 isti defensores, quam talia commenta nobis oppo-
 nere. Profecto ex re dignitateq; ipsorum foret, hos
 potiusquam nostros flammis tradi, atque in cineres
 redigi. Minus enim apparerent ipsorum mēdacis
 fraudes, imposturæ (ut de alijs taceā) possent depo-
 sito pudore liberius nugas suas orbi uēditare, super-
 sitibus istis si pergāt huiusmodi dicere, iactare, scri-
 bere, nisi expectēt risum potius quam fidem & ad-
 mirationem*

mirationē ab auditoribus & lectoribus, in quibus
 non nihil inest iudicij, ipsos insanire & credam, &
 dicam. Verum audire mihi uideor hos responden-
 tes, dissensiones siue contentiones illas, fuisse de re-
 bus leuissimis: de fidei, ut uocant, articulis, religio-
 nisque capitibus, controuersiam inter ipsos motam
 fuisse nullam. Ego uero etsi facile concedam, ma-
 gnam earum rixarum partem, fuisse de asini, quod
 aiunt, umbra: tamen si otio, & tempore abuti uel-
 lem, minime magno negotio demonstrarem, ple-
 rasque earum non parum impietatis, & non ab-
 surdæ curiositatis solum, habuisse coniunctum. Ut
 breue faciam, res ipsa loquitur, aliena prorsus ea
 fuisse, ab Apostolica doctrina: de qua dissensio ulla
 tum esse non poterat, cum iaceret sepulta: deq; ea
 altissimum esset silentium. An non nuper cogitare
 isti cœperunt de sacris biblijs, quæ ante attingere,
 nesciam legere religio erat. Ipse memini uidere atq;
 audire per multos istorū, qui nō sine supercilio do-
 ctoris theologi titulū sumunt, & iactāt, qui nō ma-
 gis norant, an aliquod sit uetus, aliquod nouū testa-
 mentū, quàm an sint Antipodes. Hodie certe multis
 notior est Mahometis lex, quā superioribus tēpori-
 bus fuerit Apostolica doctrina, ijs qui Ecclesiæ il-
 lius docendæ curā gerebant. Nā istis fere idem ac-
 cidit, ac si secure dormientibus, & ut ille ait, somno
 unoq; sepultis, patre familias, & domesticis, in-
 cendium

Doctrina
 Apost. ROM.
 Ecclesiæ an-
 te hæc tem-
 pora inco-
 gnita fuit.

CANON

eendimmi ades in quibus quiescerent, corripere
 atque ij demum expergefacti de aqua cogitare
 dum semiustas cernerent, seq; periclitari sentirent.
 Quam dudum isti in manus sumpserunt scriptores
 illos ueteres, de quibus nunc tantopere gloriantur.
 Et in quibus praesidium totum, licet immerito, re-
 ponunt? An non ipsa etiam nomina, istis no ita pro-
 dem erant ignota? A situ et squalore (quo adobe-
 ti fuerant longe lateq; et secure admodum impe-
 rante R. Pont.) nunquid uindicti nuper sunt? Cum
 Euangelica luce uelut in uitam eos reuocatos fuisse
 se, ne isti quidem defensores inficiari audebunt, nisi
 si pudorem omnē deposuerunt. Quod tantū igno-
 ti iacuerint, procul ab hominum conspectu in an-
 tris delituerint, quod à blattis et soricibus tantū
 erosi sint, quod semilaceros, mancos, corruptos
 adhuc post multos labores, multas multorum de-
 stitissimorum uirorum uigilias habeamus, cui debet
 nisi Romanae illi Ecclesiae? Per quos sunt, et quomodo
 do in lucem uitamq; reuocati, hominibus immota
 scere, legi, consuliq; de rebus in controuersa pos-
 sitis, caeperunt? Quinam primi id susceperunt? An
 debunt ne id suis uindicare? Nunc noctes diesq;
 boni isti patroni Romanae Ecclesiae inuigilant in ca-
 mēdicandis, corradendis, seligēdis, colligēdis partibus
 culis, uoculis, sententiolis ex optimis istis scriptore-
 bus ad aedificiū ruina mimitans sulciendum. Hoc est
 si quis

Doctrina
 .mor. rom.
 .eccl. rom.
 .d. ex. rom.
 .rom. in. eccl.
 .antiqua.

stabilienda sua somnia non ita dudum nata, & uiris istis bonis incognita: hosq; in suas partes, & castra, etiam obtorto collo pertrahere conantur.

Si quid culpa eorum quos hi nunc tuendos susceperunt, ueris legitimisque illorum scriptis est assutum, admixtum atq; suppositum, isti, quamlibet adulterium in primis sumunt, legunt, urgent, nobisq; opponunt: & quos ualde amare atque commendare uideri uolunt, grauisimis contumelijs afficiunt, dū sanctissimorum hominū & nomine, & auctoritate, cōtra ius omne abutuntur, ad humana commēta uel tuenda, uel fucanda. Ad maiores illos & pios & doctos, ea quę commēti sunt, & in Ecclesiam inuexerunt posteriores, neque docti neque pij (ut quod res est dicam) referre nunc conantur, quia nominis istorum, ipsos pudet. Verum multum miror egregijs istis rhetoribus non uenire in mentem, persuadere eos nullo modo posse hominibus sane, Romanę, ut uocant, sedis perpetuitatem, & continuam successionem, nisi postremos etiam inter suos numerent, recipiant, & agnoscant. Ordinem enim si interrumpant, concidit ipsorum fundamentum. Non enim Petri & eorum qui Petri proxime sunt secuti, qui nostra etate obtinuerunt, aut potius irrupere in solū illud sacrum scilicet, successores esse ac dici possunt, nisi prius agnoscant pro antecessoribus eos omnes qui idem occupauerunt

Romanēses
pijs Patribus
notha multa ascribunt.

Romanēses
veterum filij haberivolunt, posterioribus a quibus ortum habet, dissimulatis.

CANON

ab hinc annos sexcentos ac paulo etiã plures. Quil
 enim uetat quominus uno fasce complectamur
 eodemq; loco habeamus, omnes qui fastigium illud
 sunt consecuti, à Bonifacio, uiro illo scilicet bono
 qui potius quam Apostolus, aut apostolicus illis
 architectus est existimandus huius Ecclesie, hoc
 est Papatus. Nam is fundamenta iecisse uidetur
 Quale caput iam tum habere cœperit, & deum
 ceptis habuerit, me commemorare non est necesse.
 legantur ipsorum historiographi: ne quid nos con-
 fuxisse cauillentur. Quam multi occurrunt quo-
 mōstra, & portenta, uerius fuisse quam homines
 pronunciare isti minime ambigunt, aut uerentur.
 Si eos qui hodie tribunal illud occupāt, hos patroni
 loco agnoscere pudor non fuit: quo pudore illorum
 auorum nepotes dici, haberiq; uolunt? Summum autem
 tem Episcopum, sui similes designasse, & Ecclesiam
 præfecisse, quid est cur dubitemus? Gregem etiam
 quod ad maximam attinet partem, pastoris & non
 cem audisse, & uestigia fuisse secutum, est ualde pro-
 babile. Verũ si quis dubitat qualis iam inde fuerit
 doctrina, qualis religio, Dei cultus, & sanctitas
 certius quam ex ipsorum libris cognosci, sciri que-
 non potest. Ex his plane intelligitur summum fuisse
 se, ut isti uolunt, in Papatu consensum: at non in
 postolica doctrina, non in pietate Christiana, sed
 in humanis somnijs, & superstitione plusquã ceteris

...
 ...
 ...
 ...

...
 ...
 ...
 ...
 ...

ca. Inde doceat impurus apostata Orichonius idem
 esse Papatum, & Christi gregem atq; Ecclesiam.
 Inde doceat cum lucere, splendereq; semper per se
 se, extra quæ lux nulla sit. Inde doceat eos qui Pa-
 patum sublatum cupiunt, nihil plus agere, quam si
 solem ex mundo tollerent. Imo hinc euidenter a-
 gnosco, quam uerū sit, quod de defecto literis
 sacris proditum est. Eos nempe & sensum & mē-
 tem amittere: adeoq; omnem pudorem deponere.
 Quid enim est quod adeo impudenter scribere au-
 det, nisi tenebras densissimas, & plusquam cimbe-
 rias, ut aiunt, siue, ut nostræ literæ tradunt, palpa-
 biles, lucem eamque lucidissimam iudicare, atque
 nominare? Multis sane annis (ut ad consensionem
 de qua isti adeo gloriantur redeam) dum uiguit, ua-
 luitq; Papatus fuit in horre dis erroribus mirus cō-
 sensus: nullæ de doctrina dissensiones audiebantur:
 nullæ de religione contētionēs, imo ne quæstiones
 quidem mouebantur. Quis enim mouisset, cum cō-
 tra quam iudicasset, decreuisset, sanxisset, iste di-
 stator Romanus nemini hiscere, ne Imperatori
 quidem tutum esset? Quis potuit istis de rebus con-
 trouerſus esse locus, cum non scripturarum testi-
 monijs, non solidis rationibus, non exemplis uel in-
 speciem pijs, sed terrificis minis, horrendis fulmi-
 nibus, tetro carcere, uinculis, exilio, morte quic-
 quid produci, obijciq; poterat dissoluebatur?

Causæ con-
 sensus in Pa-
 patu.

C A N O N

Vnum Constantiense Consilium adeo luculentum
 præbet testimonium, ut alia commemorare non sit
 necesse. Quis nodum neectere uolet, cum uideret in
 soluendis adhiberi non artem aut studium, sed ignem
 aut gladium? Nemo certe prudens sibi persuaderet
 patietur, ut disceptet: & quod animus de re aliqua
 suggerit, proferat in ea schola, in qua tantum uult
 Magistri imperium, potiusquam auctoritas, ut obli-
 iecta omnia præcisum illud uerbum ^{uult} ^{ipæ} ^{dis}
 luat. Quorsum enim quod conceperis quantum uol-
 bet certum, ac solidum, proferes, si ultra eam pro-
 tam progredi non licet: & hæc sit omnium que pro-
 feruntur uelut extrema linea? Quid multis? ^{Quis}
 non libentius sileat quam loquatur, ubi non docto-
 ris uox, aut gubernatoris honesta atque iusta let-
 auditur: sed tantum resonat atrox & plane tyranni-
 nicum decretum. Sic uolo, sic iubeo, sit pro ratione
 uoluit, & suis rebus commodam esse iudicauit reli-
 gionem, diu sine dissesione retinuit, eadem & con-
 te, & ratione, qua & tyrannus Turcicus suam hæ-
 tenus sartam tectamq; retinuit, atq; conseruauit
 Habet profecto & tyrannis suam pacem, & sinceram
 suum consensum: quare doctrine ueræ, & impietatis
 religionis, firmum argumētum inde duci non magis
 potest, quam ab amplectātium multitudinis, aut
 temporis diuturnitate, longæue consuetudine, ut
 quam

que communia sint, tam ueram, quam falsam &
 doctrinam, & religionem habentibus, atq; sequen-
 tibus. Hoc Symmachus (ut unum egregium, & nisi
 fallor, per appositum exemplum, multorum loco
 producam) tam egregius ethnicae idololatriae pa-
 tronus, quam isti esse possunt pontificiae, nec minus
 acer Christianae pietatis hostis, & proferre po-
 tuit, & sane pretulit, pijs Imperatoribus per-
 suasurus, ut autam religionem, hoc est ethnicam,
 & sublatam restituerent, & restitutam porro
 Romanam, idololatricam, pro sua auctoritate
 tuerentur. Ne longum faciam, impudentissimum
 esse oportet, eum qui inficiabitur Roman. Episco-
 pum cum suis satrapis, hactenus suam & doctri-
 nam, & religionem defendisse, alijs argumentis,
 & sublationibus, quam Iudeorum Pontifi-
 ces suam defenserunt aduersus Christum, & ip-
 sos Apostolos. Quibus autem usi sint, ex Euange-
 licae & Apostolicae historiae scriptoribus discere
 licet, si libet. Cogitetur tantum quo artificio ute-
 retur Paulus, studio paternarum traditionum &
 auans, & in Christi Apostolos insaniens atque
 furens. Constat tale fuisse, & esse artificium
 Roman. Pontificis quo concordiam in sua Eccle-
 sia retinere conatur, uerius quam retinet: & si-
 ne quo pars maxima eorum quos inuitos adhuc
 intra sua retia continet, ab eo dudum defecisset
 atque

oqA nntA
 .collon

Act. 9.
 Galat. 2.

CANON

atque defcuiſſet. Hoc qui negat, niſi impudenter mendacij à nobis conuinci uelit, oculos, ſenſum, omnem atque mentem, nobis eripiat eſt neceſſe. Quid mirum ſi in ea Eccleſia conſenſio appareret uerius quam ſit, in cuius & doctrina, & religioſum perſuadenda, tum tuenda, plus præſtat uolunt quam Episcopuſ: plus ualeat tortoris gladius, quam doctoris lingua? Equidem in ea re quantum uolunt ni iſti oratores, atq; patroni ſe ualde ſtrenuos exhibeant, omnes ingenij uires, orationis neruos, accendiq; uim conferant, falluntur tamen uehementer, ſi ſe plus Pontifici Romano præſtare poterint quam truculenti carniſices: quos hodie non tantam olim habet & multos, & potentes. Antiquum hoc armorum genus ſit Apoſtolicum, & Euangelio Chriſti propagando idoneum, Eccleſiæ atque religioni tuendæ aptum, iudicet Pauluſ miniſter: qui in utroque certaminis genere egregium militem, aut potius ducem, ſe præſtitit. Nam Pontificum ſtrenuum carniſicem, ut Chriſti fidelem ſeruum ſe fuiſſe, pleno ore fatetur. Quibus autem ſit uſus armis in colligenda, retinenda, tuenda Eccleſia Chriſti, ſcire qui uolet, diſcere poterit ex poſteriore ipſius ad Corinth. epiſtola cap. X. Hactenus de conſenſione quam iſti Romane Eccleſiæ gnathones prædicant: & nobis obicere ſolent. Quod ſi facere pergant, reſelli facile & euidenter poſſunt.

Arma Apoſtolica.

possunt, obiectione Iudaici consensus in corrumpe-
da prophetica doctrina: quem constat Papistico,
tanto magis esse impium, quanto eo, est & diutur-
nior, & constantior. Reliquum est, ut simili quo-
que ratione, respondeam ad obiectionem dissensio-
nis, & contentionum (quas inter eos qui à Roma-
no Episcopo defecerunt esse, atq; cum nimia acer-
bitate uigere, est in confesso) unde conficere conā-
tur, nos neque doctrinæ Christi ueritatem, nedum
puritatem habere, neque Ecclesiæ nomine dignos
esse: uerum inter hæreticos, Ecclesieq; Christi ho-
siles, esse habendos, annumerandosque boni isti uiri
solicet iudicant.

Et principio quidem, uellem seueros istos cen-
sures serio cogitare, de Christi Ecclesia iudican-
dam nobis esse, nō ex nostro arbitratu, sed ex præ-
scripta formula: hoc est ex ijs notis, atque colori-
bus, quibus depicta, expressaq; est à summo Apel-
le Christo. Inde enim solum certo dignosci, discer-
ni que, uera legitimaque ipsius sponsa, ab adulteri-
na potest. Germanam esse Ecclesiam Christi, eam
que eius uocem audit, excipit, custodit, & ut ui-
tam salutemque suam amplectitur, qui dubitet, ne-
dum neget, arbitror esse neminem. Quia uero ne-
mo est qui uocem illam se audire, sequi, amplectiq;
non dicitur, atque etiam scriptit et, inquirendum es-
se uidetur, quinam uere, quinam falso, id sibi su-
mant.

Dissensio-
nes quæ in-
ter Euange-
licos sunt,
neque doc-
trinæ ueri-
tatem, neq;
Ecclesie ti-
tulum ipsis
adimunt.

CANON

nant. Isti quibus cum mihi nunc est negotium, penes suam Ecclesiam, hoc est Romanam, ueram doctrinam Christi intelligentiam, esse contendunt: ob multas causas, tum ob consensionem, de qua dictum est: illam uerò penes nos nequaquam esse, eo euidenter se ostendere putant, quod inter quorundam nostrum, de quibusdam doctrinam articulis conueniat. Si euincerent isti, ibi ueram doctrinam intelligentiam esse non posse, ubi de ea ueriter omnes non conuenit, aliquid dicerent, atque conficerent: uerum cum illud neque euincant, neque euincere etiam possint, confectaneum est eos nihil uel dicere, uel conficere. Multis profecto de una aliqua re inter se dissentientibus, ut fieri nequit conuenies recte sentire (maxime si se sententiam aduersa fronte, quod dicitur, collidant, ut saepe fit) ita fieri potest quosdam ueram atque rectam sententiam tenere, et tueri. Atqui flagitare ut in cætu, uerum si recte sentiant, ad constituendam ueram Christi Ecclesiam, id hæresi affine esse constat. Siquidem istud cum Donatistarum errore, iam olim cõmunitatis piorum iudicio, damnato atque exploso, maximè habet cognationem. Verum hanc rem paulo pertractatius inspicere, atque pluribus excutere mihi placet: et in manifestis hostibus, pedè propius conferre inspicere. Consideremus Ecclesiam Christi, imaginem, quam

ut paulo ante dixi, ab eo ipso expressam in Euan-
 gelica historia habemus. An alicubi legerint isti,
 ipsum promississe suæ Ecclesiæ, quam postulant cõ-
 sensionem atque pacem, dicant. Ego dissensiones,
 contentiones, certamina, & externa, & domesti-
 ca ipsam manere, eum sæpe ac serio promississe le-
 go, & dico. quod quam uere, atq; meritiò prædixe-
 rit, ipse euentus docuit. Quãdiu, quàm multis mo-
 dis, & quàm acriter ipsam exercuerint externi
 hostes, luculentis tum exemplis, tum testimonijs,
 & sacra, & profana historia ostendunt, atque
 probant. & id ad annos ferè trecetos eam esse ex-
 periam, norunt, qui non omnino in istis rebus pue-
 ri sunt. Tam enim ipsi fuit familiare impeti ab ho-
 ste, affligi, diuersisq; iniurijs affici, quàm iniuriam
 cuiquam inferre, ab ipsius ingenio & natura esse
 alienum fatemur. Vter cœtus, hoc est qui Romani
 Episcopi imperium audit, iussaq; capebit, an qui u-
 num Christum caput esse suum agnoscit, hac parte
 propius accedat, & expressius referat uiuam illam
 Ecclesiæ Christi picturã, non est difficile iudicare.
 Vter cœtus alteri uim infert? uter eã patitur? uter
 doctrinam atq; religionem quam profitetur, ferro,
 & igne propagat, atq; tuetur? Sed istis minime ob-
 scuris, ac nimis ueris argumentis omissis, ad dome-
 stica certamina, quæ potius ad nostrum institutum
 pertinent ueniam.

Christus,
 Ecclesiæ suæ,
 certamina
 & externa,
 & domesti-
 ca promi-
 sit.

CANON

Prima Ec-
clesiæ Chri-
sti ætas,

Nunquam defutura hæc suis, hoc est ipsi
tibus, non solum sæpe prædixit Christus: sed etiam
aliquod pulcherrimis similitudinibus pinxit: quæ
rum ex exemplis, quæ extant, & plurima, & pul-
cherrima, tum in historia Apostolica, tum in pa-
linis epistolis, clarius cognosci potest. Ibi enim
lut in lucidissimo speculo intueri licet, quæ fuerint
exercitia Ecclesiæ, simul ac collecta, nata, in-
cæmque edita fuit. Nam ubi primum apparere co-
pit, ut externos concitavit in eam hostes, Scilicet
nempe tyrānos, qui gladio & igne. Philosophos, &
rationibus & argutijs ueriusquam argumentis, in-
dæos qui calumnijs & criminationibus, eam oppre-
mere conabantur: ita excitavit domi, in ipsa
ouiaria, non paucos qui licet ex ipsissimo grege
se uidebantur, communem tamen pacem turbantes,
dissensiones serebant, unitatum scindebant, bonis
molesti erant, denique toti gregi negotium facerent
bant. Istic uideas multos hypocritas, qui Christi
uangelium minime sincere annunciant, suo uerum
nō domino seruiunt, omnibus imponunt, minime
malos seducunt. Istic reperias falsos fratres, opera-
rios malos, Canes, qui & allatrant fidis ministrum
Christi, & eos quoties possunt mordent. Istic
current non pauci Apostolatæ, perfidi, atque per-
ditores, denique in boni Pastoris caula, monstrum
rum & ferarum omne genus reperire, intueri
licet.

licebit. At ista fuit non falsa, sed uera Christi Ec-
 clesia, ipsiusque legitima sponsa, non adulterina:
 quæ donis omnibus cumulata, Euangelicæ doctri-
 næ non rudis (ut quibusdā patronis placet) sed eru-
 ditæ fuit: nimirum ab ipso Magistro instituta pri-
 mum, deinde à uicaria (ut Tertullianus loquitur)
 ipsius uir, nempe spiritu. S. confirmata, atque per-
 fecta. Respondeant mihi delicati isti proci, si mise-
 ram hanc sponsæ Christi faciem, & formam adeo
 deformatam aspexissent, an non suam Romanam
 bonam & integra formam, ut ipsorum oculi iudicant,
 multis nominibus prætulissent? at qui illam ueram,
 apostolicamque Ecclesiam fuisse, uel inuitos fateri
 ipsos est necesse. Quid autem noua ista, cum illa
 ueteri habeat simile, iudicent qui fascinosos oculos
 non habent. Certe illa est Ecclesiæ Christi legitime
 fundamentum, quod iecere Petrus atque Paulus
 cum suis collegis, atque *omnibus*, nimirum archi-
 ecti omnium peritissimi.

Hanc isti, ut peculiare quiddam habentem, ex-
 cipere si uolunt, aspiciant eam quæ illam est secu-
 la, habuitque pastores atque moderatores uiros
 apostolicos. Habemus ipsius formam & faciem,
 ad uinum expressam in tabulis aliquot pulcherri-
 mis: id est in scriptis piorum doctissimorumque a-
 quot uirorum. Qualem autem eam fuisse descri-
 bunt boni illi Patres? Ut tempore, ita conditione

Ætas altera
 Ecclesiæ
 Christi.

CANON

proximam illi priori luculentè testificantur, hoc
 est ut doctrinae puritate, religionisque integritate
 proximè accedentem, ita exercitijs illis & exercitijs
 nis, & domesticis similitudinè. De externis hostibus
 & plurimis, & acerrimis ut dubitemus, non pos-
 tulantur non minus ethnicae, quam Ecclesiasticae his-
 toriae. de domesticis exercitijs, sive dissensionibus
 & contentionibus doctrinae causa, inter eos qui in
 Ecclesia erant, & de Ecclesia esse uidebantur ex-
 citatis, dubitare non possunt strenui isti Romani
 dignitatis, & integritatis defensores: qui passim
 dicunt, atque scribunt nos esse illis haereticis, defen-
 soribus, atque turbatoribus similes. Verum
 quid mentis, & salis in ipsis esset, intelligerent hoc
 sibi prius esse agendum, ut doctrina, & pietate
 illos Maiores referre: & quam depereunt (in
 amore capti) Romanam synagogam, illam Christi
 sponsam exprimere, probarent atque demonstra-
 rent. tum aliquam haberet ipsorum ratio, atque cogi-
 tatio, speciem ueri. Cum uerò ipsi à pijs illis pro-
 tribus differant, quantum qui maxime: & Roma-
 nensis grex, illi Christiano gregi sit dissimilior,
 nihil aliud cõfici posse uidetur, quam nos patribus
 ipsos uerò haereticis esse similiores. Quam multa
 dissensiones excitatae, quam acres cõtentiones exci-
 tatae, quã magnae turbæ motae fuerint, doctrinae gra-
 tia in ipsa Ecclesia, in ipsius uisceribus, adeoq; in

dactis totis annis quadringētis, cū maxime ualeret,
 uigeret, floreret, lōgum esset commemorare, nec dū
 enumerare. Verum in re adeo manifesta, immora=
 ri nihil opus. Quid si exceperint boni isti uiri, ista
 fuisse hæreticorum certamina, non catholicorum?
 Fatebor equidē fuisse utrorumq;: horum nēpe do=
 ctinæ puritatem, aduersus illorū corruptelas de=
 fendentiū: sed in ipsa Ecclesia fuisse utrosq; inficia=
 ri nemo potest. Nam idem nomen, eādē doctrinā,
 eandem religionem profitemium, eundē Christū &
 Deum cōsuetium, atq; colentiū, huius generis pu=
 gnæ fuere. Clare fatetur August. sua ætate, eo loco Epist. 63.
 rem Christianā fuisse, ut nulla erroris secta, cōtra
 ueritatem (id est contra Ecclesiam Christi) emer=
 gere, ad pugnādūmq; prosiliret. nisi nomine coo=
 perta Christiano. Nō nescio istos Romanæ impieta=
 tis propugnatores, hoc, & similibus testimonijs ad=
 uersum nos uti: uerū me meritō, & cōmodē in eos
 nūc ipsum retorquere iudico, ad euincēdū intra Ec=
 clesiæ septa, & muros, pugnas extitisse graues. Et
 ne forte quis putet tū eas solas extitisse, quas hære=
 tici in Catholicos excitarunt, uelim eos cogitare
 inter quos fuerit illa, De Pascate, in ipsis fere
 Ecclesiæ incunabulis: deinde De rebaptizādis
 ab Her. bapt. ac similes. Taceo de accusationibus
 mutuis Episcoporum quas egrē compressit Con=
 stantinus Imperator, cum Nicena Synodus coiret.

Præterea etiam priuatas Episcoporum aliquorum
 doctorum & piorum contentiones, de certis doc-
 trinae Apostolicæ capitibus, uelut Theodorici cum
 Cyrillo, Hieronymi cum Augustino. Etenim hoc
 loco omnino censeo adhibendam esse, necessarium
 plerisque in rebus distinctionem, quam ex Platone
 Cicero commemorat: nimirum eos aduersarios esse
 se existimandos, qui arma contra Rempublicam
 non eos qui eam suo iudicio tueri uelint. Nolo plura
 ista de re recitare, hæc enim abunde sufficiunt ad
 demonstrandum istorum Romane consensuum
 laudatorum, & nostræ dissensionis obrectato-
 rum, rationes parum solidas, parumque uerisimi-
 les esse: deinde cognosci facile potest non equis
 gnare, ut eam euertant: & qui contendunt, maxime
 Ecclesiæ societate sint expungendi, atque eorum
 loco spoliandi.

Nō quæuis
 dissensionēs,
 fidem & no-
 men Eccle-
 siæ euertūt.

Quid si obiecero egregijs istis Pontificijs, potius
 quam Christianæ religionis assertoribus, tum
 in primis & plures, & acriores contentiones exci-
 tisse, cum maxime uiguit doctrinae, religionisque
 studium? cum horum utrunque iacuit & prope ex-
 tinctum fuit, profecto contentio nulla nasci de his
 potuit. Est enim contentio, studij, amorisque argu-
 mentum minime leue. Ipsa Ecclesiastica historia
 consideratio, rem ita habere docet. An non ad anti-
 nos

nos plus minus quingentos, cum doctrinæ, & religionis studium in Ecclesia Christi uigeret, ipsa certaminibus continuis agitabatur, exercebaturque Concilia illa decantatissima controuersiarum dirimendarum gratia potissimum indicta, & celebrata, istud luculenter testificantur. Vnde clare discitur, quæ fuerit causa, cur post doctissima illa, & religiosissima secula, sensim desierint contentiones, & certamina. Non enim est obscurum id accidisse, quod inualescere Rom. Pontificis auctoritate, ut mitissime loquar, sensim quoque doctrinæ, & pietatis Christianæ amor deferbuit, & studium refrixit: donec utrunque pene extinctum, propeque sepultum fuisse constat. Cum eo fuit uentum, ut depositum esset doctrinæ studium, quis de ea contentisset? quis uel oppugnasset uel propugnasset rem incognitam? Est profecto non uerum minus quam scitum peruulgatum illud. Qui nihil scit, nulla de re dubitat. à quo non abhorret, quod non abs re etiam vulgo dici solet. Ab eruditis, nō à rudibus, profectæ esse hæreses, quibus tamen dictis bonis, male utuntur, qui ea ad ignauia, & ignorantia suæ patrocinium trahūt, & conuertunt. Est enim semper uisuperio digna inscitia, ut eruditio per sese laudem meretur. Alit certe & fouet ueræ doctrinæ recta cognitio, ueram pietatem, non secus atque oleum lucem, sic ignorantia doctrinæ pietatis, est superstitionis

Cognitio
recta doctrinæ,
ueræ pietatis est
parens.

CANON

lionis atque omnis impietatis parens.

Itaque Romani Pontificis potestas inualescens, sustulit contentiones, atque certamina (quod quandam utilitatis speciem habet) sed id fecit, doctrinae interitu: qui secum pietatis interitum attulit, & mala quæ eius in Ecclesiam induxit: hoc est, ut uno uerbo omnia dicam, horrendas tenebras, & tenebram superstitionem, pro Euangelica luce & pietate immisit. Illa sunt scilicet præclara incrementa, quæ accepit Christi Ecclesia, Papatus accessione. Et adhuc audent isti Rhetores, & patroni eundem Ecclesiam illam, hanc uerò eruditam appellare. An non oportet tales instar rabularum & consciëntiam omnem amisisse, & pudoris esse oblitos? si tamen quid pudor sit, & conscientia, aliquid quando nouerunt, aut senserunt. Quis non uidet in Ecclesiæ ortu atque progressu, rem prorsus aliter habuisse, atque in hominis ætatibus, seu incrementis? Siquidem infantia, est in ea ætas perfectissima: quippe quæ doctrina, pietate, iudicio, tum fuerit in primis excellenti: temporis progressu & doctrinae, & pietatis integritati, decessit potius semper aliquid, quàm accessit. Neque mihi multo aliter euenisse uidetur, atque in fontis riuo, qui proximè fontem limpidissimus est, fontem refrens: inde autem quanto longius fluit, tanto plus à natua puritate recedit aqua, accedentibus idem

tidem luto ac sordibus. Simul igitur utrumque o-
 stensum est: nimirum quæ sit causa cur hactenus
 Papatus (ut ea uoce utar, qua & ipsos patronos
 uti uideo) contentionibus atque certaminibus, de
 doctrina Ecclesiæ Christi propria, caruerit: nos
 uero adeo multis, adeo uarijs, adeo acribus & a-
 cerbis exagitemur, ueriusquam exerceamur. Cum
 obliuione sepulta iaceret ista doctrina, nihil erat
 cause cur Satan se moueret, sopitòsque, ut ait ille,
 suscitaret ignes, cur etiam turbas ullas ciceret, om-
 nia ipsi pro uoto succedentibus? Regno tranquil-
 lo, & ut est in Euangelica parabola, cum paca-
 tum atrium (rebus suis saluis) habet, cur nouas
 res moliretur? hoc est quando ignoratio Dei, &
 superstitio omnia occupabant, quorsum de doctri-
 na, quam gaudebat ex hominum oculis, & memo-
 ria esse sublatam, controuersias mouisset? Istud
 quid fuisset nisi, ut est in prouerbio, malum bene-
 còditum mouere: id quod ab huius ueteratoris cal-
 liditate est nimis alienum? Non enim nescit doctri-
 nam istam cælestem, ut regni Christi fundamētum,
 animam, salutemque, ita suæ tyrannidis pestem &
 exitium esse præsentissimum, quæ causa est non po-
 strema contentionum, quæ hodie nos, nostrasq; Ec-
 clesias exercent. Cum enim ueterator iste anis
 maduertit, nos in hoc incumbere, ut doctrinam
 hanc, antehac arte & opera sua, foede uiolatam
 oppressam

Causa dif-
 fensionum
 atque con-
 tionum
 inter Euan-
 gelicos.

CANON

oppressam, extinctam, atq; tantum non separatim
 nuper uero quasi ex inferis reuocatam, ab omni-
 bus corruptelis uindicemus: repurgatamque, pro-
 stitino nitore & integritati restituamus. quomodo in
 cogitantibus, molientibus, agentibus, quibus porci-
 rationibus, nō esset molestus? Nos ut ab instituto re-
 uocet, tanto maiore conatu agit, quā egit olim
 Iudæos à captiuitate reuersos Domini templum im-
 staurare cupientes, auocaret, quanto plus positum
 esse agnoscit, qui ipsius est astus, in huius doctrina
 quā illius templi restitutione. Quid mirum er-
 si nobis ut in ipsius perniciem conspirantibus, se-
 cessit negotiū? In Papatus defensores cur tale quō-
 dam aut cogitaret, aut moliretur? an tā uecordem
 & amentem eum esse credimus, ut in sua uiscera
 ferrum conuertat? Istic uidet omnes sub suis uexi-
 lis militare, sibi datam fidem seruare, regno tuendo
 & propagando gnauiter & fideliter operam nau-
 uare, cur ab opere auocaret, cur inturbaret, al-
 lios cum alijs cur committeret? imo cur consensio-
 nem inter ipsos non aleret, atque tueretur? Delu-
 qui tam parum eum sapere putant, ut non intelli-
 gat quantum isti ipsius rem iuuent, quantūque
 ipsis debeat. Nos eum ex possessione quā hacten-
 nus nullo iure, nullo titulo, sibi uindicauit deturbes-
 re conamur: isti contra omne ius & fas eam ipsi
 asserere omnibus neruis contendunt. Quid enim
 aliquid

aliud faciunt dum auitam Romanesum religionem
 hodie defensitant eadem mēte, fide, arte, qua Sym-
 machus cum sui similibus, à Numa ac cæteris Ma-
 ioribus acceptam olim defensasse legimus? Nō nul-
 la ergo est causa cur quieti, securi, nihil sibi ab ho-
 ste metuentes isti agant: nos contra, hostis perennis
 Christi, atque Ecclesiæ ipsius, subinde inquietet,
 nullasque inducias concedat, sed assiduum & quod
 greci dicunt ὄσπονδον πάλαιον nobiscum exerceat.
 Arbitror me nostrarum dissensionum πρὸς ἡγούμενον
 ἄρισ in licite, προκαταρκτικὰ etiam quædam aui-
 maduertisse me iudico, quæ paucis quoque indica-
 re uolo.

Inter externas & apparentes istarum conten-
 tionum causas, non postremum locum censeo tri-
 buendum esse tenebris densissimis, quibus doctrina
 Euangelica antehac obscurata fuerat, & supersti-
 tionibus uarijs quibus Christi religionem inuolue-
 rat & contaminarat superior ætas. Hæc enim sunt
 quæ in primis ferre accepta debemus Romanæ,
 quam egregij isti Rhetores tantopere commendat,
 Ecclesiæ. Sic enim non in doctrina minus quam re-
 ligione Romanus ille gubernator, tantisper dum
 ipsius iudicio hæc & steterunt, & ceciderunt, per-
 miscuit humana diuinis, id est ueris falsa, & pijs
 impia, ut nihil intactum, non contaminatum, non
 uiolatum reliquerit. Hoc si negare audent isti pa-
 tronē

Causæ quæ-
 dam dissen-
 sionum ho-
 diernarum.

C A N O N

troni, ipsos conuincant cum experientia (quæ etiam
 stultos, ut dicitur, docere potest) quæ adhuc extant
 ista de re, Pontificum Decretalia, ut ipsi uocant, &
 farina eiusdem, atque ordinis pleraque scripta. Sic
 enim quædam doctrinæ & religionis capita eo au-
 ctore corrupta, contaminataque fuisse constat,
 ut uix laboribus ullis, atque uigilijs, integritati res-
 titui queant. Imo uerò qua de re inter nos sunt, uer-
 gentq; contentiones, quæ inde ortam non habeant
 in hocque non uersentur? Sic quoque institutio illa
 que educatio prima, plerosq; in eas paludes immer-
 sit, in lutum illud tam alte infixit, ut inde extrahi
 educique ægrè ualeant. Ad hoc malum accedit
 quod plerique, quæ est humani cordis peruersio-
 tas, plus satis adhuc obnoxij sunt, & indulgent offe-
 festibus: qui magnas tenebras offundunt ueritatis
 nec sinunt eos uerum cernere, nedum ei assensum
 illudque & amare & amplecti. Nihil nunc dico
 de mentis humanæ caligine ad uerum perspicien-
 dum minus apta, & hebetudine in eo dijudicando
 nimis tarda. illud tamen dico, & affirmare cum
 deo, plerosq; præiudicijs nescio quibus aliunde acci-
 edentibus magis impediri, quam natiuis illis mor-
 lis. Verum de his satis. Neque enim tam nos esse
 decet intentos, in maiorum causis perquirendis
 (quanquam illud non nihil sit) quam de idoneis res-
 medijs indagandis, inuestigandisque sollicitos. Cere

te qui in foueam erat demersus, roganti quis nam
ipsum demersisset, neque inscite, neque impruden-
ter respōdiffe, meo iudicio, creditur, atq; dicitur: ut
potius dispiceret qua ratione educi inde posset.

Cum de remedijs adhibendis hodie quæri-
tur, illi, de quibus ante dixi, Ecclesiæ Romanæ a-
tatores, nos uolunt, aut potius iubēt, ad eam redi-
re, ipsam consulere, ipsius oracula atque responsa
audire, & dicta excipere: deniq; huius unius iu-
dicio stare. Nam cētoriæ isti uirgæ, dogmata de re-
ligione subiecta esse omnia contendunt: & id suis
quibusdam rationibus probare conantur. Certe si
quid iudicij haberent, in primis secum reputarent,
hanc esse controuersiam primariam, reliquarum
omnium uelut fontem, atque parentem. Nemo no-
strū negat penes ueram Christi Ecclesiā esse ueri-
tatis certam cognitionē, atq; regulā: ut quæ Diuino
spiritu & illustretur & regatur quare ea mentena
Dei (eadē autem scriptur. sacr. quoq; est) nō potest
non tenere. Verū hoc quæritur, quæ, & ubinam sit
Ecclesiā. Orichonius posteaquā quod uomuerat
resorbuit, nos euocat ad sanctiss. patres Ecclesiæ
catholicæ, scilicet Iudices, qui eam representāt, &
si Deo placet, in suo sinu, atq; cōplexu uitam eter-
nam gerunt. At cum intrepide uelut indubitata, ea
sumat quorum demonstrationem adhuc expectas
uis, dum hæc audimus, nos rideri putamus: an ipse
rideas

Nō esse pe-
tendam a
Rom. Eccle-
siæ Episco-
pis, disētio-
num defini-
tionem.

CANON

rideat apud se non satis scio. Remedium ab ijs nos
petere iubet, à quibus sumus laesi: & causæ dispu-
cationem nō reis solum, sed sceleris auctoribus cō-
mittendum esse dicit at egregius Dictator. Cur non
potius hoc agit, ut quam merito id dicat, idoneis ar-
gumentis probet? Audire ab eo uelim, sit ne ipse a
deo facilis atque credulus, ut si sentiret sibi à
marcatore impositum esse, eidem causæ dispuca-
tionem committere, permittereq; non dubitaret.

Traditionibus Con-
tentiones di-
rimi ne-
queant.

Non desunt qui conantur mundo persuadere mas-
gnæ controuersiarum hodiernarum partis dispuca-
tionem, esse petendam à nescio quibus traditioni-
bus, quas instar lapidis, quem Lydium uocant, non-
bis proponendas esse censent. Ab his responderi mi-
hi cupio sint ne istæ παράδοξαι scriptæ, an nō scrip-
ptæ, si scriptæ, à quibus quæso auctoribus? Quales-
cunque hi sint, non eos pares, nedum superiores
credo, faciant Prophetis atq; Apostolis. Nam hoc
Dei os fuisse, hoc est spiritum sanctum per ipsos esse
se locutum, inter nos omnes conuenit. ergo inferiores
res esse illos, istis conficitur, & auctoritate illos ab
istis uinci, non modo consentaneum, sed etiam con-
sectaneum esse apparet. Nunc uero dicant an illæ
quæ regulæ loco præscribunt traditiones, scriptis
quæ habemus fidei indubitatae, sint aut consentien-
tes, aut dissentientes. Si dissentientes sunt, quisquam
adeo impudens esse potest, ut eas audiendas sequen-
dâsq;

dāsque esse defendere audeat? Imo uerò quis eas ef-
 se ex Ecclesia, scholāque Christi explodendas non
 clamabit? Si sunt doctrinæ per Apostolos nobis tra-
 ditæ consentaneæ, ideòque eas recipiendas esse con-
 tendunt, cur non potius literæ sacræ Canonis loco
 habebuntur ad fidem conciliandam, quam huius-
 modi traditiones? Quorsum enim currum bobus
 anteponimus? Quòd si medias esse dicant traditio-
 nes: ego eas in medio relinquendas esse iudico, in-
 terq; ^{ἀδιάφορα} numero: tantum abest ut pro firma
 regula eas habendas esse censeam. Si traditiones nõ
 scriptas esse responderint, peto qua fronte eas au-
 dent nobis ut leges dare, & instar regularum, ad
 quas dogmata pietatis exigi deceat, proponere.
 Quid enim talibus decretis de manu in manũ tra-
 ditis, ut uolũt, & per ora à Maioribus, ad nos usq;
 transmissis, magis aut incertum, aut dubium? Dei
 uoluntatem, atque consilium, & quicquid ad ipsius
 cultum pertinet, credimus literis esse consignata
 Spiritus sancti consilio: idque ut hac uia erroribus
 occurreret, quæ eius est providentia, & humanæ
 salutis desiderium. Sic enim itum est obuiam Sata-
 næ fraudibus, & suorum administratorum artibus:
 ne hi gregi Christi imponerent, pro ueris falsa sup-
 ponendo, proq; pastoris uoce, impostoris commẽ-
 tum obtrudẽdo. Itaque ea quæ in diuinis illis libris
 comprehensa, expressãque sunt, ut Dei indubitata

CANON

I. Cor. 14.

Oracula audimus, excipimus, amplectimur. Sunt enim ipsius uelut uox semel emissa, sed ita impressa, ut assidue sonet, & à non surdis audiri semper ualeat: ac citra ullam fraudis suspicionem excipiant, non abs re dubie fidei esse solent: neque periculo caret, ea pro compertis habere, sibi que persuadere: id quod à prudentia esse alienum, plerique omnes fatentur. Non uult autem Christus suos esse imprudentes: aut, ut uerbis Apostoli pulcherrimè idem dicam, intelligentia pueros. Nolo in presentia excutere quanta sit in traditionibus istis uarietas, dissimilitudo, pugnantia, aliàs fortasse commendior occasio id præstandi dabitur. Constat, ut obiter hoc moneam, primarios scriptores parum sibi consistare, atque inter quosdam esse ista in re, non mea dicam diuersitatem, ne dicam dissensionem.

Doctrinae & religionis inuitatio non à mediæ ætatis, sed antiquissimis scriptoribus est repetenda.

Sunt alij quidam pauci, qui istis de quibus est dictum paulò plus habere & religionis, & rationis uideri uolunt. Nã pudoris plus eos habere, inde conijci potest, quod non quosuis errores Romane Ecclesie probare, nedum defendere, se uelle aiunt: sed antiquitatis amatores atq; admiratores cum se esse passim asserat, Ecclesie reformationem, atq; controuersiarum dijudicationem, paulo altius repetendam esse iudicant. Sed hæc quoq; antiquariorum ratio, quid in se rationis cõineat, paulisper consideremus, atq; expeditè

mus. Si proximorū patrū nimie corruptelæ, ad auos usq; cōscendere nos cogunt, ut consiliū ab ipsis accipiamus: cur non potius eadē opera ad attauos & ab auos usq; progredimur: atq; inde petimus, & sumimus, certius prudētiusque consilium? Si enim antequam auctoritatem, ipsis audire & sequi in religionis negotio placet, quod mihi etiam minime displicet, cur in media uelut ætate subsidet, ac nō potius à primis, antiquissimisq; rē aggrediuntur? Si enim quod est uetus, hoc nomine quod uetus est, est bonū: quod ueterrimū, idē optimum sit oportet: & probanda omnino est Tertulliani sententia. Quod prius atq; antiquius, idē & melius est. Cōstat autē ex Maiorū nostrorū pijs, doctisq; scriptis, Mosen esse in hac re antiquissimū scriptorē: ex quo uelut fonte fluunt Prophetæ reliqui. Istos postea sunt secuti Apostoli, qui sicuti illis innituntur quasi suo fundamento, ita eos interpretantur, ac quodammodo inuolutos explicāt: qua ratione neque male, neq; in eleganter, Apostoli, Prophetarū lux, à quibusdam appellantur. Istorū scriptorum cum tātus sit consensus, quantus esse posset, eorum qui ab uno de eisdem rebus multum diūque deliberarunt & seruo inter se cōtulerunt: qui deniq; nō modo unū collegiū & senatū, sed etiam unū corpus sub uno capite cōstituerūt: nō arbitror magis idoneos arbitros, aut iustiores

CANON

Ex Prophe-
tarum & A-
postolorum
scriptis pe-
tenda est cō-
trouersiarū
diudica-
tio.

iustiores iudices, controuersiarum omnium de reli-
gione deligi, cōstituiue posse, quam ipsorum libros
ex quibus quæ eorum sit mens, quod iudicium, quod
consilium, quæ uoluntas, si serio uolumus attende-
re, certo cognoscemus. tantum hoc unum à nobis
desiderari uideo, ut animum attentum, beneuolum,
cognoscendæ, amplectandæq; ueritatis auidam ad-
feramus. Neque uerò dubitarem, si piorum, doctos-
rūque uirorum cœtus aliquis coiret: acque istis
rebus qua decet fide, religione, diligentia modestis
conferret: quim istis malis remedium aliquod in-
uenire, afferreque posset. Verum talis cœtus dudum
frustra desideratus, quæsitusque est. Hæc rationem
uideo placuisse nostris Maioribus uerè religiosi-
atque eruditis, ut cōuenirent, qui in utroque (nem-
pe doctrina, atque pietate Christiana) excellere-
de re controuersa colloquerentur, & conferrent
non tam inter sese, quam cum Prophetis & Apo-
stolis: qui collegio non intererant solum, sed etiam
præerant: ut quos illi præeuntes sequebantur. Nam
isti illos consulebant, quid iudicarent de controuers-
sia, auscultabant: & ex eorum præscripto de illa
pronunciabant. ita hi non tam iudices erant, quam
iudicum ministri: qui, ut apparitores, ex præ-
scripto alterius & loquuntur, & agunt. denique
non tam suam, quam alienam sententiam efferunt.
Cuius rei exemplum, atque testimonium habemus
longe

longe firmissimum, in illo Apostolico conuen-
 tu, siue concilio, quod Lucas Act. 15. describit. Ex
 quo facile cognoscitur, quæ sit Ecclesiæ auctoritas,
 quæue Episcoporum partes sint. Quod decernit
 Apostolicus Senatus, ex Propheticis scriptis peti-
 tur atq; deriuatur. Maior ne erit Pontificis quam
 Jacobi, & Episcoporum collegij, quam Apostolici
 Senatus auctoritas? Hoc si, ut forte non satis aper-
 tum, non satisfacit tergiuersatoribus istis, en aliud
 produco adeo illustre, ut tergiuersationi, ca- Nicæna
 Ecclesiam, à tyrannorum metu eximere decreuis- Synodus
 set, excitauit pium principem, uereq; magnum Im-
 peratorem, Cōstantinum illum, qui ipsam in liber-
 tatem uindicaret. Cūque eodem temporis acris,
 grauis, & funesta cōtrouersia exerceret, imo mi-
 re turbaret atque laceraret Ecclesiam, indidit ani-
 mam, optimi, maximique principis & consilium, &
 uoluntatem euocādi in unum locum, Christiani or-
 & pietate, trouersiam dirimerent, componerentq;. Istis om-
 nibus collectis, quantum defert, permittitque sa-
 pientissimus atque sanctissimus princeps? Cognoscā
 certo potest, ex ijs quæ adhuc supersunt, ea de re
 monumentis. Quid autem hunc, illis qui in eo erant
 confessu Episcopis, detulisse commemorant? Eius

CANON

uerba, quæ hic ascribere in eam finem placuit, lau-
 culenter testificantur, atque clare docent, Εὐση-
 λικῶν βίβλοι καὶ ἀποστολικῶν, καὶ τῶν παλαιῶν προ-
 φητῶν τὰ θαυμάσια, σαφῶς ἡμᾶς ἐκ χειρὸς τοῦ
 θεοῦ φρονεῖν ἐκπαιδεύουσι. Τῶν πολυμῶν ἐν ἀποστό-
 λων ἐπιτομῶν, ἐκ τῶν θεοπνευστῶν λόγων λαβόμεθα τῶν
 σημαντικῶν τῶν λόγων. Hic audimus, hic cognosce-
 mus, atque si uolumus, discimus, quid, quantum, quatenus
 tanto, ac tā celebri confessui concedat tantus prin-
 ceptus. Concessit autem non ex priuato animi sui sen-
 su, sed quantum pro sua singulari sapientia, pari pec-
 tati coniuncta, esse concedendum iudicauit. Imo nec
 rō, si quid iudico, quantum ipsi suggestit spiritus
 Sanctus: qui eum ad res tantas regendas, atque
 moderandas sicut delegerat: ita etiam procul dubio
 idoneum reddiderat. An ea auctoritate Episcopus
 tātos esse præditos ait, ut liceat ipsis figere aut re-
 figere pro arbitrato? non enim dicam, libidine. An
 eos scriptorum Prophetarum atque Apostolorum
 iudices constituit? et non potius ut interpretentur
 sint præcipit? Certe ex uerbis ipsius apparet, eum
 ut intelligebat ex istis libris, controuersiam dirimi
 posse, ita sensisse eius definitionem hinc peti debere.
 et diserte ipsis mandasse. Neque uerò obscurare si-
 gnificat, et abunde sufficere ista scripta, ei rei de
 qua quærebatur, explicandæ: et ea esse instar tra-
 bularum

bularū diuinitus consignatarū, ex quarum præscri-
 ptio pronunciandum sit, de controuersis religionis:
 si quæ, ut subinde accidit, inter nos oboriantur.

Quid ad pij Principis sententiam, respondent
 summi illi Antistites? Quærentur ne sibi legem
 ferri duram? responsant ne sibi non satis tribui, at-
 que deferri, sibi que datam esse à Deo auctoritatem
 in his scriptis demēdi, addēdi, mutandi aut loco mo-
 uēdi nonnulla, ut uidebitur? Opponunt ne Spiritum
 sanctum non destituere Ecclesiam Christi, adesse
 ipsi, suggerere quod ex re sit: neque sinere ut ab-
 errent, sed regere ipsorum & cogitationes, & con-
 silia, & sermones? Et si minime dubium sit, ista Spi-
 ritum sanctum præstare (si sint isti Ecclesiæ Præ-
 sides, quod is eos esse uult, & esse debent) non ta-
 men ipsis licet ab ea quam is semel tradidit formu-
 la, discedere. Quam ob rē? Quia quæ ipsius est sa-
 pientia, facile præuidit quibus haberemus opus: &
 quæ ipsius est bonitas, nihil eorum dissimulauit, quæ
 ad Ecclesiæ salutem pertinere quàm optimè norat.
 Quid quòd non est hominum instar mutationi ob-
 noxius, ut quod semel sanciuit postea mutet atque
 rescindat: & ab eo quod tradidit, diuersum nedum
 cōtrarium suadeat. Quā consilij diuini, atq; diuinæ
 uocis constantiā, cum cōsiderat Paulus, Galat. gra-
 uiter & seuerè monet, ne Angelo quidē ab eo quod
 semel ipsos docuerat, diuersum nunciāti, crederent.

Episcopi
 Coniātini
 imperata fa-
 cere nō de-
 treant.

C A N O N

Neque enim Spiritus cælestis is est, qui quod ædificauit, destruat, uerbūmq; suum retractet. Hoc cum probè scirent, persuasissimūque haberent, pij illi eruditique Antistites, minime tergiuersantur: neq; detrectant sapientissimi, iustissimique Imperatoris uel consilium audire, atq; sequi, uel mandato etiam & pio, & honesto parere.

Patres sua
consilia, iu-
dicia, scri-
pta, multo
infra lite-
ras sacras
haberi uo-
luerunt.

Nam quantum sancti uiri qui ei Concilio inter-
fuerunt, quique eos annis aliquot sunt secuti, cum flo-
rerent ex æquo eruditio & pietas in Ecclesia, lites
ris sacris detulerint, quanti eas fecerint: quantūma-
que sua commentaria & dictata, infra illas duce-
runt: & ab omnibus haberi uoluerint, & sepe, &
luculenter testificantur, in his quæ nobis reliquere
monimentis. Quorum iudicium dum mecum repen-
to, me ualde pudet uanitatis non minus impie quam
ambitiosæ multorum nostræ ætatis, qui cum pene
muti, surdi, cæci sint (præsertim si cum Maioribus
illis conferantur) ita tamen fascinati sunt, ut suas
nugas, diuinis oraculis antepone, & multo seue-
rius urgere eos minime pudeat. Notissima sunt quæ
ista de re scripsere inter cæteros Hieronymus &
Augustinus, cum inter se dissentirent, de intelligen-
tia aliquot locorum scripturæ Apostolicæ: de hisq;
conferrent, potiusquam contenderent. Ex multis
illustribus locis, quosdam in suam rapsodiā inseruit
Gratianus: at eos hodie Præsules isti, qui multa
garrunt

Erriunt de Patribus & Canonibus, quando infle-
 dere in rem suam se non posse putant, aure au-
 diunt surda, & clausis legunt oculis. Quis pu-
 dor est, hominem plus audere in religionis dogma-
 tis, quam in Reipublicæ gubernatione? Agnoscit
 Magistratus bonus, se non legum magistrum esse,
 sed ministrum, & custodem: quare nihil nisi ex ea-
 rum præscripto aut pronunciat, aut agit: at audet
 homo tantum sibi sumere, ut de religione ex suo in-
 genio, & arbitrio, etiam reclamante verbo diuino
 statuat. Quid magis præposterum, impium, sacri-
 legum, esse, dici, cogitarique potest? Tantam auda-
 ciam, ne dicam impudentiam, ignorauit uera, ue-
 tusq; Christi Ecclesia. ex sacrarum literarum sen-
 tentia, de omni negotio religionis decernabat: ex
 earum ductu, omnia gerebat: ex earum iudicio, cõ-
 trouersias omnes dirimebat. Non quid hic, aut ille
 diceret (ut pie loquitur Augustinus) sed quid dice-
 ret Dominus, tum audiebatur.

Verum inquiet aliquis, cum de ipsis scripturis,
 & quærat & controuertatur, ex illis ipsis diju-
 dicari controuersia qui poterit? Illud ego uerissi-
 mū esse, & scio, & fateor: sed id obstare meæ sen-
 tentiæ infitior. Siquidem & in illo Apostolico cõ-
 cilio, & in isto Niceno, eius generis controuersia
 erat. Etenim minime tum quærebatur, à Deo ne
 essent profectæ literæ propheticæ, aut num essent
 ueræ.

Sacrarum
 literarū ve-
 re intelli-
 gentia, ab
 eisdem pe-
 tendenda est.

CANON

uera. Nam questionis status eius generis esse non solet, & quidem esse nequit, nisi si cum exteris, & a religione Christiana alienis disceptetur: Cum iis qui eandem nobiscum profiteantur religionem, id est Christianam, qui communia habemus principia, & quibus neutri parti discedere licet: quibusque uelut communibus septis continemur, nihil tale queritur: at fere de unius, aut plurium locorum sensu disceptatur. Quem ad modum inter eos qui scientiam eandem, aut artem profitentur, nasci solet dissertatio de re aliqua ad artem pertinente, id est in ea comprehensa, uel ei subiecta, de qua disceptantes diuerse sentiunt: qui alioqui communia scientie, artisque principia retinent: nec quisquam ipsorum esse labefactare aut conuellere uelle ait: imo sic perse negat, ut suae quisque sententiae ea assentiri, atque fauere domonstrare conetur. Non admodum dissimilis ratio est omnium quae hodie sunt, & iam inde a principio fuere disceptationum, aut controuersiarum, quae quidem motae sunt in Ecclesia. Certe exteris Ecclesiae iudicium censuramue nequaquam agnoscunt. Itaque fateri nos oportet, esse omnino uerum quod scribit Hieronymus: Non in uerbis scripturarum esse Euangelium, sed in sensu: non in superficie, sed in medulla: non in sermonum folijs, sed in radice rationis. Huc omnium nostrarum dissertationum est fons: hinc

Comment.
Gal. 1.

hinc hodie omnis hauritur materia controuersiarum.

Hac uerum cum sit, inquiet rursum aliquis, quomodo poterit scriptura ipsa, controuersiae iudex constitui? Nam de sensu eius, & uelut membra, quae penitus recondita est, cum quaeratur, quis educet eam atque proferet in lucem, nisi ille ipse Spiritus qui in scribentium animis ingessit: & quid nouit esse esse Ecclesiae scire, atque sentire, suggestit. At uero cum ille idemque Spiritus sit Ecclesiae promissus, ei haud dubie adest, eam non deserit, sed regit, errareque (praesertim tali in re) non sinit. Horum utrumque tam esse uerum, quam quod uerissimum & credo, & fateor. Neque enim Dei mentem, quae literis istis est comprehensa, quisquam nosce potest, quantumuis eas sedulo uoluet, atque reuoluet, nisi ipsum docuerit idem ille Spiritus, qui eorum per quos scribi ista uoluit, animos illustrauit, atque instituit. Vt enim is uerimus auctore Apostolo, quae Dei sunt habet perspicua: ita ij soli, in literis sacris diuina consilia perspicunt, quibus animi oculos ipse aperit, atque illustrat. Estque non uere minus, quam scite à Hieronymo illud perscriptum. Quisquis Euangelium alio interpretatur spiritu, & mente, quam scriptum est, credentes turbat, & Euangelium Christi conuertit:

Is solus Dei mentem nouit, quem Dei Spiritus docet.

1. Cor. 2.

CANON

vt id quod in facie est, post tergum faci-
 ciat, & ea quæ post tergum sunt, ver-
 tat in faciem. Ac paulo post, Tunc scrip-
 tura utilis est audientibus, cum absque
 Christo non dicitur, cum absque Patre
 non profertur: cum sine Spiritu eam non
 insinuat ille qui prædicat. Istud cum uerissi-
 me dictum, scriptumque esse sentiam, facile as-
 sentior, germanum scripturæ sensum non haberi
 sine Spiritu sancti afflatu, atque ductu. Neque mi-
 nus facile agnosco, isto nunquam destitui ueram
 Christi Ecclesiam. Qui enim esse potest Christi
 Ecclesia, quæ Christi Spiritum non habet, eoque
 non ducitur atque regitur? Etsi utrumque horum
 facile, ut dici cõcedam: non tamen dimoueor à sen-
 tentia illa, Controuersiam de scripturæ sacræ sensu
 seu intelligentia, dirimendam non esse nisi scrip-
 turæ iudicio, atque auctoritate.

Scriptura
 est Ecclesia
 & anti-
 quior & au-
 thoritate su-
 perior.

Quid inquires, An non Ecclesia est, ut scripturæ
 antiquior, ita auctoritate superior? Ego uerò utrū-
 que ex equo falsum, & profanum esse, affirmo,
 atque defendo. Et multum miror quosdam qui uide-
 re sibi placent eruditionis nomine, uoluntque uide-
 ri sciētissimi rerum sacrarum, & haberi inter pris-
 mas columnas Romane sedis siue cathedræ (ad
 quam nisi uehementer fallor auide aspirant) aude-
 re palam asseuerare, & publicè scribere, Scripturæ
 r 45

ras nequaquam esse Mose antiquiores. Verū equi-
 dem est literis minime consignatam fuisse legem,
 & alia quæ Mosaicis libris continentur, ante Mo-
 sis tempora: & diuersum quisquis uel sentiret, uel
 diceret, aberraret plurimum: sed affirmare ante
 tempus quo illa literis fuerunt mandata, Eccle-
 siam caruisse ijs quæ postea literis prodita, consi-
 gnataque fuere, est non solum falsum, & impium,
 sed etiam absurdum, atque insanum. Quis enim ni-
 si insanus credat, Dei Ecclesiam fuisse sine luce, ui-
 ta, & salute? Id enim dicere, nunquid idem est, ac si
 aliquis dicat, hominem aliquando fuisse sine uita,
 & mente, hoc est sine anima ratione prædita? Cum
 uerò de antiquitate, auctoritateq; scripturæ agi-
 tur, & disseritur, quis tam uel imperitus, uel ineptus
 est, ut ad literarum effigiem, characteres
 aut apices restringi putet, atque uelit: & non po-
 tius credat, id esse intelligendum de re, hoc est sen-
 su, & intelligentia? siue, ut ad Hieronymi uerba re-
 deam, non de superficie, cortice, ac sermonum fo-
 lijs, & non de sensu, medulla, atque radice rationis?
 aut si potius cum Christo loqui placet, non tam de *Matt. 23*
 scripturis agi, quam de earum ui, seu de Dei pote-
 state in his exposita? quam quia ignorabant Sadu-
 cei errabant: & ne ea destituti Apostoli similiter
 errarent, ipsis mentem reserauit Christus: eosque
 reddidit idoneos ad scripturas intelligendas. Isti
 scripturæ

CANON

Scripturarū uis, seu Dei uerbo (ut hodie ferè loquimur) Ecclesiam aut antiquiorē sentire, aut superiorē cōstituere, est præpostere (ne quid asperius dicā) de tantis rebus iudicare. Non enim minus est absurdum quam ædificium suo fundamento, riuum suo fonte, siue rem aliquam, suo principio priorem, & præstantiorem existimare, atque facere uelle.

Verbum diuinū est ecclesie origo, fundamentum, anima.

Vera doctrina, ecclesie vera nota.

Epist. 2.

Iohan. 5.

Est enim illa scripturarum uis, siue Dei uerbum purum putum, Ecclesie principium & fons, à quo originem ducit, fundamentum cui innititur, adeoque anima qua uiuit. Quare sine ista doctrina, non magis esse, aut etiā cogitari potest, quam animal sine anima. Quæ enim est extra fidem Ecclesie & extra doctrinā fides? Ergo est in Ecclesia Christi uera, uera scripturarum intelligentia: sed illa, nequaquam est ista uel antiquior, uel superior. & hæc quidem in illa habetur, atque inuenitur: at per hanc, etiam illa, & cognoscitur, & inuenitur. Ecclesie enim illa est minime falax nota. Nam coetus nullus, nulla societas, Ecclesia Christi esse potest, dicique debet, quæ hanc notam non gerit. Quare Iohannes diserte uetat salutari eum qui hanc doctrinam non adfert, atque profert. queritur nunc, ubi huius sit sedes, siue ubi resideat, undeque hauriri, atque peti debeat. Respondeo pressè atque præcisè quod Christum Iudæis respondisse legimus, scrutamini scripturas. (fert enim hic locus talem interpretationem

Pretationem, ut imperasse credatur) Respondeo
 quod Esaias, Ad legem, & ad testimonium esse re- Cap. 8.
 vertendum. Respondeo quod Abrahamus Diuiti
 rogari, ut ad fratres, Lazarum dimitteret. Habēt Luc 16.
 Mosē & Prophetas, ipsos audiant. Hinc satis ap-
 paret ubi ambigui aliquid, aut controuersie natum
 fuerit in religionis causa, non aliò esse confugien-
 dum, neque aliunde petendam esse nodi explicatio-
 nem, quam à Prophetis & Apostolis. Sed enim ob-
 strepet rursus Romanæ Ecclesiæ patronus. De his
 se nihil addubitare: hæc sibi esse mecum communia
 principia: uerum cum de Prophetarum Apostolo-
 rumq; sententia ambigatur, interpretem esse que-
 rendum: qui quæ illorum sit mens scriptorū, certò
 exponat, controuersiamq; dirimat: non autē uideri
 cui deferri istud uel possit, uel debeat, quàm amplif-
 simo collegio sanctissimorū patrū (si Orichouius
 audire uolumus) Ecclesiæ corpus in sanctorum cō-
 munione representantium. Hos iste, consulendos es-
 se uult, ipsisq; iudiciū controuersiarum deferendū:
 cui ut diuino oraculo, parere nos debere contendit.
 Ego uero cēseo, atq; defendo mihi prius probandū
 esse illud collegium, an sit quod dicitur, nempe Ec-
 clesia Christi: uocē etiā doctrinamq; ipsius esse ex-
 plorandā, ut sciā an isti doctrinæ Christi cōsentaneæ
 possint, Neq; enim istorum auctoritas maior esse
 potest quàm Pauli, cuius doctrinā qui ad hanc regulā
sedulo

CANON

Act. 17.

sedulo probarunt, non abs re à Luca, aut potius à Spiritu sancto laudantur. Quantumuis se ex Spiritu sancto, s. consilio atq; sententia, de controuersis pronuntiare asseuerent, id ne uerum sit uidendum est.

1. Cor. 14.

Equidem loquente aliquo in Ecclesia, ut sedentes dijudicent permittit, aut uerius, præcipit Paulus. hoc ergo considerandum est, an isti Patres de controuersis iudicent ex prætoris formula, hoc est, ut præscripsit Spiritus Sanctus (cuius ea est uis, & dignitas, ut omnia dijudicet, ipse uero à nemine dijudicetur) de controuersis rebus pronuntiant. Id autem perspectum fiet ex scriptis Prophetis & Apostolicis.

1. Cor. 2.

Hanc Spir. sanct. præscripsit seu regulam: seu formulam, à qua non discedit, quia sui semper est similis; eam non mutat, quia uerax & constans. Quid multis? sicut ad hanc doctrinam quam semel quod dicitur, pro semper, tradidit, alligauit, ut sic dicam, Christi Ecclesiam, ita se eidem astricturn esse uoluit. Quare ut non licet Ecclesie ab illa regula uel latum, ut aiunt, digitum, discedere: sic credendum non est, à Spiritu illo esse profectum, quicquid ab ea est diuersum. Atque inde intelligere licet, quo loco haberi debeant omnes qui iactantur à uobis uoi, afflatus, arcane reuelationes, & motus nescio qui, alieni ab ista doctrina. Annumeranda haud dubie hæc omnia sunt, somnijs atque delirijs illius

Scripturæ
alligata est
Ecclesia.

Hanc Spir. sanct. præscripsit seu regulam: seu formulam, à qua non discedit, quia sui semper est similis; eam non mutat, quia uerax & constans. Quid multis? sicut ad hanc doctrinam quam semel quod dicitur, pro semper, tradidit, alligauit, ut sic dicam, Christi Ecclesiam, ita se eidem astricturn esse uoluit. Quare ut non licet Ecclesie ab illa regula uel latum, ut aiunt, digitum, discedere: sic credendum non est, à Spiritu illo esse profectum, quicquid ab ea est diuersum. Atque inde intelligere licet, quo loco haberi debeant omnes qui iactantur à uobis uoi, afflatus, arcane reuelationes, & motus nescio qui, alieni ab ista doctrina. Annumeranda haud dubie hæc omnia sunt, somnijs atque delirijs illius

Illius Montanici spiritus, quem qui non nouit uete-
res cōsulat. Et si prorsus uerum sit, sine afflatu ni-
hil de Dei consilijs, atque uoluntate ueri, recti, cer-
tique homines consequi posse: tamen certum quo-
que est non alibi hæc querenda esse, quàm in scri-
ptis Prophetiis atque Apostolicis: in quibus non
minus uere residet Deus cuiusque spiritus, quam o-
lim in propiciatorio: unde diuina responsa petere
atque expectare iuebantur Maiores nostri: & ac-
cipiebant minime dubia oracula, ubi res postulabat.
Itaque aliunde frustra aut petetur, aut expectabi-
tur, uel diuinæ uoluntatis cognitio, uel dubij, con-
trouersæue, de rebus ad ipsius cultum, nostramque
salutem pertinentibus, certa expositio: quantumuis
alioqui animi sint cognoscendi cupidi, atque siti-
bundi: quantumuis etiam ardentibus & serijs pre-
cationibus (quæ alioqui hac in re, in primis sunt ne-
cessariæ) sint instructi.

Nam ad suam uoluntatem, & consilia, nobis pa-
tescenda, diuina sapientia & benignitas istū mo-
dum semel delegit, atque constituit: perinde ac ter-
ram destinauit, ad coporeum uictum nobis suppe-
ditandum. Tam ergo est alienum à sana, piæque
mente, illud aliunde expectare, quàm à sedula, re-
ligiosaque scripturarum sacrarum lectione, atque
meditatione, quàm esset & insanum, & impium a-
liaratione quàm per agriculturam, humano cor-

Scripturæ S.
ut Arca test-
sunt.

Ut terra cor-
pori, ita scri-
ptura ani-
mæ, nutri-
tionem
suppeditat.

CANON

pori alimenta querere uelle. Vt autem hanc uniuersam uiam suis consilijs inquirendis, nobis Deus præscripsit: ita qui hanc ingredientur, atque sequentur, ut spe sua frustrentur, fieri nullo modo potest. Est enim hoc copiae cornu abunde sufficiens, largiterque suppeditans omnia quæ piæ, ac sobriæ mentes, ad nutritionem sui, rectè appetere ualent, idque multo copiosius præstat, quam terra ista fructuum magna copia, & mira uarietate subministrat quicquid nostra corpora, honestè atque modestè desiderare solent.

Scripturarum
usus varius.

2. Epist.
cap. 3.

Cap. 1.

De uario literarum sacrarum usu, nunc differere non est animus. Mihi in præsentia sufficere, ad monere obiter lectorem, loque pulcherrimi testimonij Pauli ad suum Timotheum scribentis, & ipsam ad earum serium studium adhortantis. Inter alia multa commemorat utilem esse non tantum ad docendum, sed etiam, ut Apostolus ipse loquitur, *ἡ δὲ γραφή*: hoc est, ut ad Titum scribit, *ἡ δὲ γραφή*. Ex quibus locis euidentissime cognoscitur, Propheticas literas (nā de ijs ipsum sermone facere apparet: sed istis, Apostolicas, ut cōsentientes illis, imo ut in illis cōprehensas, easque explicantes, adiungere nos decet) Pauli iudicio, atque testimonio ad controuersias, quæ in pietatis doctrina nasci solēt, dirimendas, definiendas, & cōponendas non solum esse, & utiles, & idoneas, uerū etiam abunde sufficere.

sufficere: & quicquid ad eã rē desiderari potest, ac debet, satis superq; suppeditare. Id quod confirmari, illustrariq; potest, uerbis istis Lucae Act. 18. Αἰνοῦντες τὸν κύριον Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ. Apollon magna animi cōtentione, magis magisque Iudeos redarguebat, ostendens per scripturas, quod Iesus esset Christus. Nullam aut Paulus, aut Lucas, auctoritatis Ecclesiae, uel traditionum, uel similiarum siue remediorum, siue diuerticulorum, faciunt mentionem. At qui rationes istae esse expeditiſsime, si quoque idoneae ac sufficientes essent.

Verum adhuc ad nostrum institutum propius accedunt exempla controuersiarū, quas olim natas fuisse in Ecclesia legimus, multas ac uarias, nostrisq; non ab similes. Qua ratione eas expedierint p̄i, doctique illi Patres, siue publicè in Consilijs (in eam rem conuocatis multis eruditis episcopis) siue priuatim, (quibusdam errores hereticorum refutantibus) non ignorant, nisi qui scire nolunt. Ex scripturis ipsis, ueram scripturarum intelligentiam petuere: neque dijudicandi auctoritatem, nedum imperium, sibi arroganter sumpsere: aduersarium auctoritate uel sua, uel alterius alicuius, prementes. Prophetas & Apostolos, adeoque Spiritum sanctū iudices constituerunt: horum consiliū & iudicium petuere, audiens, sumq; secuti: atque

CANON

quæ istorum esset sententia, non quæ sua (quanquam
 quæ illorum, eadem & ipsorum esset) pronuncia-
 runt, exposuerunt, & Ecclesie amplectendam tra-
 diderunt. Non sapienter minus quam pie illis ma-
 lis seu morbis quibusdam remedium in istis scriptis
 (uelut in communi, & diuite Medicinæ officina, ut
 pulchre monet Basilius ille Magnus) inuenerunt,
 eisque adhibuerunt. Ex scripturis non recte inel-
 lectis, atq; perperam acceptis, nati erant errores;
 illi, quæ uera, rectaque esset & sententia & intelli-
 gentia, euidenter demonstrabant: & sicut sapientes,
 atque perui animarum Medici, inde male affe-
 ctis medebantur, unde isti morbi occasionem, pot-
 tius quam morbum petiuerant. Id quod facere co-
 iunt eos qui à scorpijs sunt icti. Eorum uestigijs si-
 uolumus, ut merito debemus, insistere. hoc est ipso-
 rum fidem, diligentiam, industriam, in enarrandis
 literis sacris imitari, certam rectamque rationem
 componendarum de doctrina, & religione contro-
 uersiarum, habebimus. Et hæc ipsa sunt uestigia
 eruditæ antiquitatis, quibus insistendum esse con-
 sului, atque scripsi, in Examine libri Hesbustiani.
 Quam meam sententiam, quidam à d. orolojs liber
 nuper transscripsit, nomine meo suppresso: ut quod
 prius dederat consilium, defenderet. At, nisi uehe-
 menter fallor, aut ipse meam, non satis est affectus
 sententiam, aut ego, ut alij plerique, quæ illius
 effecto

esset antehac minime tenui. Nam apparet ipsius de componendis controuersis iudicium, à meo esse diuersum: nisi ipse aliter sentiat quàm loquatur, atque scribat. Quod nam autem meum sit, & quæ ratio, ex breui isto scripto clarius ipse, atque ceteri nosse, si uolunt, poterunt. Studio ueritatis asserendæ, atque publicæ pacis in Ecclesia Christi aliquando uidēdæ, ut eius rei ualde cupidus, hoc quicquid est, in publicum dedi: quod eo animo accipi, & legi opto, atq; uehementer peto: neque id à pijs, & candidis animis factum iri dubito.

CANON SE- CVNDVS.

¶ IN hac controuersia dijudicanda, ut alia quauis, in primis est constituendus status, atque præcisè circumscribendus.



VI de questionum, seu controuersiarum uaria ratione, & in questionibus, statu, quem Græci *σάσις* nominant, inueniendi modo ac uia præcepta tradidère: in hac parte summam diligentiam adhibendam esse censent: in eaque potissimum singularem perspicacitiam requirunt. Homines ut erant, & natura

CANON

1. Cor. 9.

tura acuti, & usu periti, facile uidebant, non esse cuiusvis statim peruidere id de quo praesertim quaeritur, siue causa, quod uocant, caput: & tamen id omnino esse necessarium cognoscebant, si quis de re ulla recte iudicare, commodeq; differere uelit. Si quidem constat eos qui non constituto statu, de re ulla uel differunt, uel disceptant, perinde facere, atq; qui nullo sibi proposito scopo sagittas mittunt: aut qui aërem, ut cum Apostolo nostro loquar, cadunt: id est qui inaniter laborant, seq; frustra fatigant. Idq; est, credo, quod Basilius appellat *σὺν ἄνεμῳ*. Et tale quiddam est quod olim Hieronymus Heluidio haeretico obiecit: nimirum quod ad suum commentum tum confirmandum, tum illustrandum, de scripturis exempla quam plurima congeret, Antabatarum more, ut aiunt, in tenebris gladium uentilans.

An similis insaniae merito notari hodie quidam possint, & debeant, iudicium penes aequos lectores esto. Ut de eo de quo instituta est oratio loquar, huius de Cena Domini siue controuersie, siue contentionis, dudum haud dubie finem haberemus: nisi serius, quantum mea fert opinio, cogitatum fuisset, de statu, ut res postulat, designando, praeciseque circumscribendo. Imo uerò quod adhuc uiuit, & ardet hoc incendium, non postremam causam esse iudico, quod nondum id satis pressè constitutum est. quare

quare in hoc adhuc remis atque uelis nobis incum-
 bendum esse existimo, si fœlicem eius exitum inue-
 nire, atque uidere optamus: quod pios omnes opta-
 re, minime dubito. Equidem eos qui cupiunt seriò
 uel cursu, uel arcu, uel alio aliquo modo inter se de-
 certare, experientia ipsa docuit minime satis esse,
 si scopum aliquem sibi designent, aut metas notent
 generatim, siue, ut appertius loquar, confuse: sed ea
 describenda esse præcise, & distincte didicerunt: a-
 lioqui rixis modum fore nullum, & penes quem
 fiet uictoria definiri nullo modo posse, norūt. Qua-
 re si in curriculo certandum sit, & metas, & car-
 ceres definite atque distincte designari, uidemus:
 locumque cingi ac diligenter sepiri: ne quis se teme-
 re transferre ex curriculo, atque ex certamine, et
 si maxime uelit, ac conetur, subducere queat: deni-
 que res ita institui solet, ut certantium uterque, an-
 tagonistæ sui ex aduerso uenientis, in ipsūque
 incurrentis impetum expectare, sustinereq; cogat-
 ur. profecto id nisi fieret, serius congressus uix ul-
 lus unquam foret.

Simile quiddam esse faciendum omnibus qui seriò
 de re aliqua disceptare cupiunt, facile iudicant
 quibus iudicij aliquid inest. Id Augustinum signifi-
 care uoluissè iudico, cum ad Honoratum scriberet,
 quod in libelli fronte ascripsi. Separatis, ut ille
 ait, nugis locorum communium, res cum re,

CANON

causa cum causa, ratio cum ratione cōfligat. Quare ut ego atque antagonista meus, in ista de cœna Domini controuersia, eam sequeremur rationem, sepe optaui: ipsumque, ut idem mecum uellet, monui: & quo mea siue petitio, siue monitio plus haberet momenti, atq; auctoritatis, scriptorum quorundam grauiſſimorum grauiſſimis auctoritatibus, eā munui. Quod feci tāto studiosius, quanto molestius experiebar hominem persepe nulla iusta occasione, lasciui atque petulenti equi instar ^{ὄντις τὰ} ^{ἄλογα} exsilire. Ipsius etiam collegis, hoc est aduersarijs meis, iudicandum permitto quā merito ab ipso rursus petam, atque flagitem, ut inuiciter excurrere desinat, intraque metas nostræ disputationis se conineat: quo nos tandem controuersiam nostram, atque disceptationem istam constituamus, seriōque congregiamur. Ita enim fiet, ut ueritatis studiosi aliqua cum utilitate atque uoluptate congressum nostrum legant, affectent, de cōaque recte iudicent. Profecto si de thesi tantum, & infinita, ut loquuntur, quæstione contendere peragimus, omnino infinita disceptatio fiet, pietatis, publicæq; & pacis & utilitatis studiosis indigna: eritque nostra quæstio de eorum genere, quibus nullum in Christi Ecclesia locum esse uult Paulus.

Porro ut commodius statum nostræ controuersie designem, quod nunc facere contendo, pauca repetenda

repetenda mihi sunt, ex prioribus nostris scriptis.
 Heshusius fortum illum suum primum nomina-
 rat, inscripseratque, De præsencia Corporis Chri-
 sti, &c. & ipsum, tela omnia sua eo flectere, atque
 torquere cernebam, ut corporis Christi præsen-
 tiam in Cœna probaret: ideo hominẽ duci esse cõ-
 monefaciendum, subinde ipsum sudare, in eo demõ-
 strando, quod nemo non uideret: ac non raro uehe-
 menter laborare, in eo confirmaendo, quod apud
 omnes pro firmissimo haberetur, ita ipsum sepius
 sine sine aduersario (ut non raro secum) pugnare
 ostendisse me arbitror. Ostendi etiam κενω̄μενος es-
 se non posse, id de quo inter disceptantes conueni-
 ret: sed esse oportere in eo de quo dissentirent, uno
 astante, altero idem inficiante. Hoc qui uerum esse
 negauerit, neget in meridie solem lucere. Iam uerõ
 cum corporis Christi præsentiam in ipsius Cœna,
 me negare negem constatissime (quod ex meis the-
 sis iam pridem editis, & Examine Heshusiani
 scripti, satis superq; liquet) nunc repeto, contro-
 uersie inter nos motæ: caput esse nõ posse De præ-
 sentia corporis Christi absolute, seu simpliciter,
 ideo aliam hypothesim, & statũ magis proprium,
 hoc est angustioribus finibus circumscriptum, quaer-
 rendum, constituendumque omnino esse adhuc con-
 tendo. Cum enim persepe magna testimoniorum
 congeriæ (quorum pars ad rem nihil facit) conatur
 docere,

CANON

docere: uerum Christi corpus ex uirgine pro nobis
 natum, nostraque causa in crucem actum, in Coena
 exhiberi, quem attingit, quem ledit, quo cum pug-
 nat? Quidnam probat, ac docet, quod non aequè at-
 que ipse et probem, et doceam: qui etiam secus sen-
 tientes, et improbo, et damno? Istud ergo dum fa-
 cit, identidem neque caelum neque terram contin-
 gens, numquid actum agit: id est oleum, quod dicitur
 et operam perdit: imo an non otio suo atque tempo-
 re utitur male, ut patientia abutatur aliena? Quorsum
 enim adeo conatur demonstrare, quod ipsius an-
 tagonista pleno ore fatetur? Ergo non in eo, quod
 principio probare uoluit, uersatur controuersia: an
 uere Corpus Christi adsit, atque exhibeatur in Coe-
 na Domini (quod uterque nostrum et asserit, et des-
 fendit) uerum an adsit, atque exhibeatur, eo quem
 ipse, an quem ego definio, atque describo modo. Nam
 cum ego ipsius repudiem modum, ut quem probos,
 ipse improbat, consequitur litis caput esse potius de
 praesentiae modo.

Est praeterea scitu, obseruatumque necessarium,
 quod alter de altero identidem queratur, idque gra-
 uiter admodum. De me ipse conqueritur, quod
 scribam asseri *μὴ ἀποινήσῃ* quam vulgò transsub-
 stantionem uocant, ex eo quem ipse describit mo-
 do, et omnibus praescribere etiam conatur. Ego
 calumniae ipsum incuso, quod subinde exclamet,
 me

me Christi corpus, hoc est corporis substantiam à
 Coena excludere: quòdque uel nuda signa relin-
 quam, uel tantum diuinitati Christi locum dem,
 uel denique sola effecta, hoc est beneficia mortis
 Christi communicari asserem. Id ego mihi falso
 obijci queror: qui me ab ea sententia alienum esse
 certo sciam: ut se à transsubstantionis commento,
 serio abhorreere constantissime affirmat. Cum u-
 terque ab errore qui obijcitur, se purgare con-
 tur, apparet utrumque istos errores, non tantum
 non agnoscere, sed etiam improbare, atque damna-
 re: eosque nequaquam animo amplecti, licet ex
 uerbis cuiusque colligi dicantur. Hoc unum reli-
 quum esse uidetur, ut descriptio modi presentiae,
 quam quisque profert, consideretur, expendat-
 tur, & cum Christi uerbis (ex quibus ueram sen-
 tentiam petendam esse, plerique omnes fatentur)
 conferatur, ad eaque uelut ad certam normam,
 exigatur.

Verum cum uerba illa quisque se recipere, am-
 plecti, mirarique affirmet: & ijs suam descriptio-
 nem consentire defendat, consentanum est, aduer-
 borum istorum uerum sensum, seu rectam intelli-
 gentiam controuersiam esse referendam. Cum ego,
 nò minus quam aduersarius, uerba hæc esse Christi
 ore pronunciata agnoscam (quare uera nò esse non
 posse, eque atq; ipse, & creda, & fatear est necesse)
 simulq;

Status est
 de sensu uer-
 boru Chri-
 sti.

simulq; contendā, meā de presentia corporis Christi in Coena sententiā, nō modo uerbis istis esse contentam, sed etiam illam ipsam esse, quam ea praesentant, continent, flagitant: ipseque de sua (quae tamen à mea est diuersa) idem asseueret, an non est euidens in eo cōtrouersiam totam uersari, ut sciatur primum, qui sit eorum uerborum genuinus sensus: siue quae fuerit, sitq; Christi mens, ac certa sententia: deinde ut iudicetur, utrius sententia, aduersarij nimirum, an mea, ad illam accedat propius, eique magis consentiat?

Ergo quae sit istorum Christi uerborum sententia queramus, & cognoscamus, ad derinendam nostram cōtrouersiam oportet. Quod pluribus probare non habeo necesse, cum mihi in hac re cum aduersario optime cōueniat. Ipsius iudicium in hac parte mihi perplacet: & quam fert legem in postremo suo libro, recipere, minime displicet. Ipsius uerba adscribam, ne quis à me, quid esse constitutum suspicetur. Huc (inquit) res redit, semper ex uerbis institutionis, statuendum esse de presentia corporis atq; sanguinis Christi. hic unicus est fons huius cōtrouersiae, hoc unicum fundamentum, arx & praesidium, uerae & indubitatae sententiae.

R. p. 1. Item alio loco. Cum conueniat inter nos, mox iri diremptum certamen, si constet, quo

quo sensu dixerit Christus, Hoc est corpus meum, manifestum est extra oleas vagari eum, qui rixas de vbiquitate immiscet. Hactenus Heshusij uerba: ex quibus constat, me nunc habere confitentem reum: & nunc demum de controuersie fonte, & capite, mecum optime consentientem. Ex hac ipsius etiam confessione conficitur, omnes ipsius argumentationes, quae ex uerbis illis Christi trahuntur ueriusquam ducuntur (quae sunt ipsi, ut alijs eiusdem Musae hominibus admodum familiares) esse uitiosas: ut in quibus controuersie caput sumitur. Apparet quoque aduersarium hunc minime probare eorum iudicium, qui contentionis statum de Dei omnipotentia constituunt. De quibus quidem quid sentiam, satis in Examine exposui: addam tamen adhuc istud. Ea re, sui animi impotentiam ipsos prodere, & hoc argumento serium congressum sibi non esse cordi, euidenter demonstrare.


Mibi in presentia satis est demonstrasse, quod meus antagonista etiam fatetur, nostrae controuersie praecipuum quod datur esse, de sensu uerborum Christi, Hoc est Corpus meum quod pro uobis datur, &c. Is uult iuxta τὸ πρῶτον, hoc est ut sonant uerba (sic enim ipse alibi exponit) esse intelligenda & accipienda: Ego iuxta τὴν διὰ τῶν ἀποστόλων esse interpretanda contendo. Quibus moueatur ratio-
nibus

CANON

nibus ut literam (sic enim plerique loquuntur) et
 retineat, et urgeat, me non memini legere (nisi
 quod uerba filij Dei, qui mentiri non possit, esse cla-
 mitat: quod ego, ut dixi, uero corde credo, et pleno
 ore, æque atque ipse, etiam fateor) cur à litera dis-
 cedendum, dicam, et rei conuenientem intelligen-
 tiam esse sequendam existinem, qui sequentur Can-
 ones clare, uti spero, demonstrabunt.

CANON TERTIVS.

¶ CONSENSVM primariorum do-
 ctinæ Christianæ capitum confirmare,
 nõ dissoluere, aut labefactare omnis in-
 terpretatio debet.


 VIVS regule ratio et certa, et de-
 perta est. Nempe Spiritum sanctum à
 seipso dissentire non posse: neque quod
 semel probavit, improbare postea, aut
 sententiam retractare suam solere. Porro habent
 omnes discipline suas ἀρχαὶ τῆς αἰσεως, à quibus uen-
 iunt iugis fontibus fluunt, et quibus ut suis quasi fure-
 damentis

damentis innituntur. Ab earum professoribus nihil probatur, nedum recipitur, quod principiis illis, non consentiat: quicquid dissentit, ut falsum reputatur, atque exploditur. Sunt enim illis, axiomata hæc, uelut norma quædam, & amussis, ad quam dogma omne explorant. Similem quandam rationem in explorandis pietatis ac fidei Christianæ dogmatis, secutos olim fuisse nostros Maiores (hoc est eos per quorum manus ad nos usque transmissa est uera de Deo, ipsiusque cultu sententia) quæ adhuc Dei beneficio extant, ista de re ipsorum monumenta, luculenter testificantur. Et quidem iudico, in eum præsertim finem & usum, collecta fuisse à uiris illis diuino spiritu afflatis, primaria illa Christianæ religionis capita, & in compendium redacta: ut quisque pietatis studiosus, haberet in promptu uelut lapidem, quem Lydium uocant, ad quem statim probare posset, quicquid ista de re diceretur atque audiret. Ab hoc meo iudicio minime est alienum, quod eam fidei siue summam, siue epitomen, ideo Symbolum appellatam fuisse quidam scribunt, quod pijs esset instar indicij, seu notæ militaris, per quam aliud dignoscere non est uerū Christianum à falso, & germanū à supposititio discerneret. denique erat usus, ut à socio hostis distingueretur. Varijs quidem appellationibus hoc doctrinæ compendium, ueteres

Symbolum
 Apostolicū
 est fidei re-
 gula, & dog-
 matum sa-
 norum a-
 mussis.

CANON

illos nominasse constat, sed omnium frequentissima atque familiarissima fuit, Regule fidei appellatio. qua, nisi uehementer fallor, innuere uolebant, omnem fidei Christiane doctrinam, ad ea que istis breuiter comprehensa sunt capita, componendam, examinandamque esse.

Patres fidei Istud ut & sentiam, & dicam, multis atque
 Regula ut à illustribus tum testimonijs, tum exemplis adducor.
 Clypeo ufi Isto enim uelut quodam fidei clypeo, solitos fuisse
 sunt. Maiores illos depellere hæreses, euidenter cognosci
 potest ex Irenæi lib. 1. qui posteaquam cap. eius libri primo, fufe recitauit Valerianorum siue somnia, siue commenta, capite proximo ascribit, quam
 Ecclesia, per uniuersum orbem, & usque ad fines
 terræ seminata (sic enim ipse loquitur) ab Aposto-
 lis, & eorum discipulis acceperat fidem, id est do-
 ctrinæ fidei suamam: eamque ibidem recitat, or-
 dine atque uerbis non prorsus eisdem, atque habentur
 in ea, que nunc extat formula: at sensu minime
 dissimili. Cognosci id paulò clarius poterit ex Tertu-
 liani libro aduersus Praxeam (ut interim omitta-
 tam eum quem inscripsit de præscript. Hæret.) cui
 impie de sancta triade sentienti, in ipso ingressu certami-
 nis opponit Regulam fidei. In libro etiam de
 uelandis uirginibus, eam producit ad penitus reuel-
 lendam inueteratam, & longo usu, aut uerius abuz-
 su, confirmatam consuetudinem, que & cum pie-
 tate

tate, & cū decoro pugnabat. Idem auctor, librum de Trinitate ab eadem fidei regula orditur. Simile quiddam inuenire, uiderēque licet, apud Hieronymum in Epistola ad Marcellam missa: & aduersus Montani errores scripta. Verum ne infinita persequar, duos tantum locos ex optimo scriptore Augustino delectos, producam. Alter extat libro tertio de Doctr. Christ. cap. 2. Istic rectam ac certam interpretandæ scripturæ rationem tradens, eam qui in adeo difficilem, & ambiguum locum incidit, ut eluctari facile nequeat, monet, ut alijs quibusdam tētatis, demum consulat fidei regulam: quam de scripturarum planioribus locis, & Ecclesiæ auctoritate percepit. & eā se libro primo tradisse subiicit. Locus alter habetur in libro De Euangelistarum consensu primo, cap. 1. Isq; non modo pertinet, ad id de quo in præsentia agimus, uerum etiam per commodus est, ut mihi quidem uidetur, ad rectè pieq; explicandam eam, quæ ex hoc ipso auctore ab aduersarijs, nobis subinde occinitur, sententiam, Euangelio non crederem, nisi me commoueret Ecclesiæ auctoritas. Is ubi recitauit quorum Euangelistarum scripta, Ecclesia sit amplexa, subiicit. Cæteri autem homines qui de Domini vel Apostolorum aetibus aliqua scribere conati, vel ausi sunt: non tales suis temporibus

CANON

Audi Ca-
tholicam &
Apostolicā
appellari.

extiterunt, vt eis fidem haberet ecclesia:
atque in auctoritatem canonicam san-
ctorum librorum, eorum scripta recipe-
ret. Nec solum quia illi non tales erant
quibus narrantibus credi oporteret: sed
etiam quia scriptis suis quædam fallaci-
ter indiderunt: quæ Catholica atque A-
postolica regula fidei: & sana doctrina
condemnat. Hactenus Augustini uerba, ex quibus
quisuis cognoscere potest, quatenus is adeo mul-
tum Ecclesie auctoritati tribuerit, & quid ista sit
secuta in diiudicatione, & delectu scriptorum
canonicorum: denique quid pijs omnibus sit sequen-
dum in quauis doctrina diiudicanda, atque discer-
nanda. Hic ipse auctor in dissolutione *Quæst. 3.*
Dulcicij, Symbolum, fidei regulam nominat. In *Ioh.*
tract. 106. de presentia corporali Christi differens
coniungit regulam fidei, & doctrinam sanam.

Locis istis paucis ex multis, satis cōstare arbitror,
quod nunc dicere, defendereq; institui: nimirum in
explorāda sentētia, aut scripturæ interpretatione,
nequaquā esse hærendū in paucis uoculis, quas eius
auctores & assertores proferunt, atque in primis
urgent: quantumuis prima specie claræ, probabiles
adeoque plausibiles iudicemur: sed prospiciendum
esse longius, penitius considerandum, diligentiusq;
expendendū, quid totius doctrinæ cōsensus suadeat.

aut etiam flagitet. Similem quandam rationem discernendæ locutionis propriæ à figurata tradit Augustinus lib. 3. de Doctr. Christ. cep. 17.

Huius piæ providentiæ, atque sanctæ diligentie exempla plurima, nobis suggerunt historiæ Ecclesiasticæ: sed unum atque alterum indicasse, potius quam recitasse abundè sufficiet. An non in pestilentia illo Arrij errore primum explorando, ac deinde explodendo, hoc consilium secuta est: & hanc regulam adhibuit pia eruditaque antiquitas? An non proferebat homo uanissimus, ad impuri & impij dogmatis sui & assertionem, & defensionem claram, expressam, certam Christi uocem: imò an non multas easque disertas producebat atque urgebat? uerum pertinacis hominis strepitu & clamore cõtempto, pij eruditique uiri, quam eorum locorum interpretationem, ac sensum ferret, flagitarètque fidei regula sedulò expenderunt, eamque sunt amplexi: dogmate impio & damnato, & repudiato. Non dissimili ratione se gessisse piam illam antiquitatem aduersus Samosatreni, Marcionis, atque huius generis alios, impiorum dogmatum auctores, qui easdem historias consulere uolet, facile cognoscet.

Moneo autem studiosum lectorem, ut attente atque diligenter legat Theodoreti dialogum primum quam *ἀρρητορ* inscripsit: consideretq; in eo qui-

CANON

bus argumentis Eranistes, qui hæretici personam sustinet, hæreticam sententiam probet, confirmet, defendat: & contra inspiciat quibus armis Orthodoxus eandem impetat, oppugnet, conficiat. Hæc una admodum illustris imago oculis subiiciet, quod ostendere nunc instituo. Nempe, non nouam sed ueterem, non insolentem sed usitatam, non catholicorum sed hæreticorum consuetudinem esse, uni atque alteri uoculæ alioqui primo aspectu claræ peritumaciter inniti: piorum uerò atque ueritatis amantium eam consuetudinem, eumque morem semper fuisse: ut sedulo atque diligenter circumspicerent omnes doctrinæ partes, & uelut uisus corporis membra inter se prudenter ac religiose componerent, & cõiungerent: ut ex ea symmetria quid deceret, quid dedeceret cognoscerent, quæ uera esset sententia dijudicarent, atque pronunciarent, eamque tum demum Ecclesiæ tenendam traderent.

Nunc ad hypothesim nostram ueniamus. Ut certo cognoscamus quænam sententia, atque interpretatio uerborum Christi, de quibus querimus amplectanda, retinendaque sit, non sola illa uerba, quæ dum mysterium hoc institueret, pronunciauit traditur, cogitanda atque expédenda sunt. Quæ tumuis certe ea clara, expressaque esse uideantur, certa tamen dijudicatio ex his solis peti & haberi nequit.

nequit. Quamobrem attollēdi altius oculi, longius-
 que protendendi sunt: & cum in reliquam doctri-
 nam nobis per Apostolos traditam circumferendi,
 tum in eam partem quæ de Christi humanitate est
 (uelut isti argumenta magis affinem) erunt omni-
 no intendendi. quandoquidem de Christi corpore,
 seu humana natura, hanc controuersiam potissimū
 esse constat. Collustranda ergo erit omnis, quæ ista
 de re agit, doctrinæ Propheticae atque Apostolicae
 pars, hoc est sententiæ, quæ hominem à filio Dei ue-
 re assumptum esse clare significant: uelut sunt quæ
 ipsum Abrahami semē, siue nepotem fore promit-
 tebant: & Davidis filium quoad carnem attinet,
 esse significāt. quod etiam *ἡ ὁμοιωσις*, caro factus
 esse asseueratur. Quòdque Apostolus disertè pro-
 nunciat, ipsum per omnia fratribus similem esse
 factum. Nec hæc quidem sufficiet contuitum esse Hebr. 2. & 4
 eum, qui, quod uerum est in hoc negotio, sciendi se-
 riò tenetur desiderio. Siquidem eos qui hodie ista de
 re contendunt, longius euagari cernimus. Quam
 ob rem totus etiam uitæ Christi in hac mortalita-
 te cursus, ad ipsam usque crucem, percurrendus,
 & non segniter considerandus uenit. Neq; præter-
 mitti omnino poterunt, quæ post reditum in ui-
 tam, ab ipso tum dicta, tum facta, esse traduntur.
 Imo ut se intra hos limites conuincant, qui discep-
 tant, non sinit contentionis feruor, nec diuinus furor.

C A N O N

Etenim hanc controuersiam uidemus secum etiam
 traxisse, dissertationem de ascensione Christi in
 cælum, & eius, post hanc, statu. Quid? An non e-
 tiam de cælo, & inferis, nimis acres, aut potius as-
 cerbæ contentiones demum accessere? Eo ergo ni-
 mia quadam *φιδουσία* uentum est, ut disputatio
 de Cœna Domini, suo ambitu complectatur totam
 de humana Christi natura questionum. Quod quæ-
 dem quàm sit rectè factum, uiderim qui primi au-
 ctores fuerunt. Inde autem consequitur, ad istius quæ-
 stionis rectam dijudicationem, considerandam esse
 se humanam naturam, non ut est in Christo tantum:
 uerum etiam in nobis, qui nudi puerique ho-
 mines dicimur, atque sumus. Equidem danda est
 opera, ut quid in Christo, hoc est Dei filio habeat
 proprium: quid retineat nobiscum commune, pro-
 bè intelligamus. Nam & olim, hac de re controu-
 uersia fuit: & hodie adhuc disceptatur. Quam ad-
 rem pertinet quæ de privilegijs, dotibus, & ut quis-
 dam uocant, prærogatiuis Carnis Christi sunt tra-
 dita: & à nonnullis studiose colliguntur, istique ars-
 gumento permiscentur.

Porro, ut non nihil ista de re dicam, qui olim
 affungebant Christo, corpus nostro dissimile, præter
 pauca quædam loca, in quibus uocula inserte es-
 rant, quas suo commento patrocinari suspicabatur
 (uelut sunt 1. Cor. 25. Adam cælestis, Philip. 2.
 forma

forma ac figura serui. Rom. 8. similitudo
 carnis) producebāt etiam gesta quaedam Christi,
 ut exempla: quibus coniunctis, carnis ueritatem (sic
 enim plerique loquuntur) ei adimere conabantur.
 Quid adhuc uiri docti, & orthodoxi, qui ueram
 sententiam propugnabant? Quas illi intempestiue
 & imperite, urgebant uoces, isti adhibita fidei re-
 gula, appositē atque eruditē interpretabantur, id
 est quid consensus primariorum doctrinæ Christia-
 ne capitum: & sensus qui ex planioribus locis (ut
 monet Augustinus) petebatur, flagitaret, obserua-
 bāt ac sequebantur: & illi somnio opponebant. Ad
 gesta uerò quod attinet, etsi rara, admiranda, pla-
 neq; diuina ea esse faterentur, ut sanè sunt, & hu-
 manis uiribus superiora: tamen ad detrahendam
 Christo humanam naturam, minimè idonea esse
 argumenta, uel inde manifestè euincebant, quod ea
 ipsa, ipsi cum puris hominibus communia esse ex
 literis quoque Euangelicis, euidenter commōstra-
 bant. Eius generis sunt, cōtinuum dierum atque no-
 etium quadraginta ieiunium, incessus super aquas,
 & trasfiguratio in monte. Tali fundamento cum
 innixi essent pij doctique illi Patres: rationibus ho-
 stium ueritatis, à uera sententia de carne Christi
 nullo modo dimoueri potuerunt.

Fons priuilegiorū car-
 nalis possumus, & planè debemus, Carnis Christi

CANON

Cap. 2. & 4.

privilegia nequaquam esse quærenda, in ijs rebus
 (ut quibus minime insunt) quæ ipsi cum cæteris
 hominibus fuere communes: quandoquidem in so-
 lis illis esse ualent, quæ ei propria, peculiaræque es-
 se constat. Ea scire si uolumus nos certo ac præcise
 docebit Apostolus ad Hebræos scribens. Is disertè
 pronunciat, ipsum per omnia factum esse similem
 fratribus peccato excepto. Nam duo illa Apostoli
 loca, quæ se mutuo & explicant & illustrant, si
 coniugamus, res tota & certior, & clarior redde-
 tur. Apparet Apostolū illa exceptione **ABSQUE**
PECCATO notare uoluisse, quicquid differen-
 tiæ inter hominem illum, quem sibi Dei filius uni-
 uit, unionem quam hypostaticam uocant, atq; fra-
 tres, hoc est homines reliquos, esse norat. Signi-
 dem ea est exceptionis natura & uis, ut aliquid ab-
 mouendo, cætera quæ non comprehendit, in com-
 muni regula relinquat. Peccatum uerò dum exci-
 pit, excipit etiam omnia quæ sunt culpæ, aut affi-
 nia aut cognata: licet quæ pœnæ speciẽ ac naturã
 habent, eidem concedat: quod propheticas quoque
 atque Apostolicas literas passim facere uidemus.
 Est autem Pauli locus cum primis egregius. 2. Cor.
 5. in quo utrumque eleganter coniunxit, atque as-
 seruit: simul admirandæ istius coniunctionis cau-
 sam, usum, atq; finem clarissimè indicās. Deus, in-
 fecit ut is qui peccatū nō nouit, pro
 nobis

nobis peccatum esset, ut nos efficeremur
iustitia Dei in eo. Eandem ferme sententiam,
pene totidem uerbis expressit Rom. cap. 8. uers. 3.
Cū ergo Apostolus quam Dei filius assumpsit car-
nem, hoc est humanam naturam, eximit peccato,
quæ sit præstantia eius præ nostra, significare uo-
luit: & omnium priuilegiorum fontem atque ori-
ginem indicat. Etsi enim Deus in eo homine, quem
sibi iam inde ab initio sanctificauit, sibi que peculia-
riter coniunxit atque uniuert, multò aliter inhabi-
tet quàm in sanctis hominibus (ut post literas Sa-
cras, pie atque erudite docent, inter Patres in pri-
mis illustres, Iustinus Martyr in expositione fidei,
& Augustinus, cum plerisque, in locis, tum in Epist.
ad Dardanum) eo tamen factò nihil adimitur, aut
decebitur eorum quæ ad carnis ueritatem perti-
nent, ei qui peculiare atque proprium templum fi-
lij Dei, & est, & dicitur. Dico autem definitè car-
nis ueritati, peculiari illa in habitatione, nihil esse
ademptum. Nam alioqui magnam esse præstantiam
hominis huius, præ reliquis consortibus, ut David
testificatur, nemo pius dubitat.

Et sane si causam huius facti siue mysterij, hoc
est carnis nostræ à filio Dei indutæ, rationem accu-
ratiùs quidem, tamen quantū religio sinit, inuesti-
gare uolumus, nõ pietati minus quàm rationi, quod
dixi, cõsentaneum esse omnino cognoscemus. Con-
stat

Iohan. 2.

Veram car-
nem excep-
to peccato
induit Chri-
stus.

CANON

Heb. 3.

stat cum ex innumeris tum ex his quæ modo citantur
 diuinarum literarum testimonijs, Dei filium, carni
 atque sanguini communicauisse (sic enim signifi-
 cantissime loquitur Apostolus) semenq; Abrahami
 apprehendisse, id est carnem nostram induisse: non
 alio sine quam ut ipsi congenitum peccatum, ab eis
 tolleret atque aboleret. Quod equidem instituen-
 tem, ut eodem esse affectum malo minime conue-
 niebat: & mederi uolentem, etiam ab ijs quæ mor-
 bo affinia sunt alienum esse oportebat: ita cur alia
 omnia isti naturæ propria repudiaret, imo nõ reci-
 peret, sibiq; uniret causa nulla, uel in speciem pro-
 babilis afferri ualet. Scite profecto scribit Theodo-
 retus: Peccatum naturæ non esse, sed elec-
 tionis malæ, malique instituti: quare ne-
 quaquam dicimus λόγον accepisse quic-
 quid habuit Abrahamus indefinitè: sed
 quicquid habuit secundum naturam, hoc
 est corpus & animã ratione præditã. Est
 itaq; quod prius dixi certissimũ, carnis Christi pri-
 marium privilegium esse, iuxta Apostoli uerba
 quod sit absque peccato. Hic unicus est fons
 quo fluunt effecta: quæ à quibusdam uocantur præ-
 rogatiuæ: uelut sunt quæ Christus ipse exposuit, &
 Iohannes Euāgelij sexto capite refert. Constituenti
 ergo est Dei filiũ carnem nostrã induisse, ijs quali-
 tatibus affectã, quæ ei extra peccatũ sunt proprie. id

Id ut credamus fidei regula flagitat: & ne dogma ullum quod cum ea sententia non cōsentiat, admittamus, uetat. Neq; etiam sinit, ut loci ullius, quamlibet in speciem clari, interpretationē, quæ eam sententiam uel cōuellat, uel labefactet, ullo modo audiamus, nedum recipiamus atque probemus. Ceterum si causa nulla fuit, cur $\lambda\delta\gamma$ & Dei filius totura hominem, quem erat redempturus, sibi non adiungeret: imo uerò si sapientiæ, simul & iustitiæ ipsius usum fuit, cum totū, una cum proprijs qualitatibus, siue cōditionibus (peccato, ut expositū est, excepto) sibi actissimo uinculo cōiungere: multo minus probabilis ratio produci potest quæ ipsum permouerit, ut eā postea deponeret: id est, ut vulgò dicitur, quod semel assumpserat, dimitteret: ijs tantum exceptis, quæ peccatum inuexerat, secūmq; ut poenam se dignam traxerat. quippe quæ in se Dei filius ideo receperat, ut ea ferendo, ab eisdem demum ut à peccato credentes, Deique filios uindicaret: restituta ut foelicitate, ita etiam integritate pristina. Ergo infirmitatem omnem, cum mortalitate deposuit: ubi peccatū cum morte aboleuisset, atq; iustitiam cum uita recuperauisset: at naturam totam, nominatimque corpus integritati restitutum, retinuit: idq; cum qualitatibus, quibus adhuc integrum, affectum fuerat. Cur enim quod condiderat repudiaret?

Orthodoxus apud Theodoretū, Eraniſtē de Christi
carne

CANON

Veram car-
nem post re-
surrectionē
retinuit
Christus.

Luc 24.

carne minime recte sentientem, oppugnans, multis, certis ac illustribus scripturarum testimonijs demonstrat, hominis appellationem, non post passionem minus quam ante, Christo fuisse tributam. Unde conficit (meo quidem iudicio recte ac pie) humana quoque uatura cum praeditum esse, recepta immortalitate, aequae atque cum adhuc mortalis esset. Sed quid Theodoretū suffragio egemus, cum luculentum Christi testimonium habeamus? An ulla dubitationi locum relinquit clarissima illa uoce Christi (ut alias omittam) a mortuis excitati: quibus suos Apostolos trepidantes metu liberat: moestos consolatur: atque de ipsius in uitam reditu dubitantes confirmat? Videte manus meas, & pedes meos: nam ego ipse sum: cōtrectate me, videte: nam ipiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Quid certius adferri, quid clarius dici poterat? Membra discipulis crimina audimus: ipsum eundem esse se, qui fuerat prius, clare affirmantē percipimus (nisi ultro auerres claudimus) & ne quis de uerbis, siue uoce dubitet, sensibus alijs probandum se permittentem intelligimus. Accedit antithesis, quae testimonium minus illustrat, quam confirmat. Hoc ipso se in spiritum minime uersum esse demonstrat, quod carnem & ossa (quae à spiritali natura aliena esse constat) adhuc gerat. Ex quibus etiam uerbis petere licet certam

certam interpretationem uerborum Pauli de ani-
 mali, spiritalique corpore. Si tamen hic interprete
 egeat, ac non ipse quomodo uerba sua intelligi ue-
 lit, accipique debeant, non euidetur satis indicet.
 Nam clarissime significat, se hoc corpus spiritale
 nominare, quod deposita mortalitate, atque cor-
 ruptione omni, immortalitatem, atq; incorruptio-
 nem recepit, induitque. Non est ergo quod quis-
 quam nominis istius occasione, Christum corpo-
 ream naturam deposuisse, & in spiritalem trans-
 iisse asserat, aut credat.

Porro non modo nouum, sed prorsus periculo-
 sum, & ad scripturarum fidem, Christianæq; reli-
 gionis fundamenta concutienda omnino idoneum
 muerit est, ea quæ de Christo, ad humanitatē ipsius
 stabilitandam pertinentia, tradita scriptaque sunt
 ab Apostolis: asserere ea facta atque dicta esse per
 nescio quam œconomiam. Id enim ita dici uideatur
 quasi minus uerè atque seriò essent gesta, quasiq;
 uerbis proprijs & simplicibus nequaquam exposi-
 ta essent. Istud autem comminisci, an nò eò spectat,
 ut quæ conceptæ semel sententiæ, parum consentire
 uidebuntur, nostro arbitratu inflectamus? Si quid
 certe, uerè, req; ipsa, ac citra ullam simulationem
 actum est: si quid simplici historicæque narratione
 in literis sacris est traditum, id in primis est, quod
 Apostolica scripta tradunt de Christi incarnatione:

1. Cor. 15.

Quæ de
 Christi hu-
 manitate
 sunt scripta,
 simpliciter
 accipienda
 sunt.

CANON

Et quæ eam sunt secuta, usque dum natura nostra a filio Dei assumpta in cælum recepta fuit: in quibus nostra redemptionis ratio continetur. Et quod attinet ad ea quæ gessit, atque loquutus est Christus cum suis Apostolis, à sua resurrectione, licet se attèperavit ipsorum captui (quo eis fidem faceret, de suo in vitam reditu) nemè ex verbis quæ modo sunt recitata, atque expressa, apparet ipsi sui corporis expressisse naturam suam conditionem: quàm recepta immortalitate retinuit, et porro retinebit. Quid quod ad istam rem, omnibus non periculis persuadendam, abundè sufficit promissio illa facta pijs omnibus, de suis corporibus tandem transformandis ad imaginem Christi oium primogeniti et archetypum.

1. Cor. 15.
Philip. 3.

Ut autem redeam, ad id de quo instituta est hæc oratio, quisquis de ijs quæ passim in literis Apostolicis traduntur, de carne, seu corpore Christi, rectè pieque differere, aut de differètibis comòdè iudicare uoluerit: quæ nunc breuiter commemoravi, animo cõprehensa, in conspectuque posita semper habere debet: ut ad hæc doctrinam, seu certam regulam, exigat quicquid ista de re (hoc est minimè postrema parte Christianæ religionis) uel dicet, uel audiet. Quare in interpretandis uerbis quibus usus est Christus, cum cenam institueret suam: panemque et uinum sui corporis atque sanguinis appellationibus ornaret, esse censulendam atque exhibendam istam regulam, nemo pius, credo, dubitabit, aut diffidebitur. Imo quisquis ueritatis

est studiosus, errareq; in tãto, tãmq; graui mysterio metuit (quod metuere omnes decet) quæ in literis sacris, ut ostẽsum est, tradita sunt, instar firmi solidiq; fundamenti sustinet: cauebitq; sedulo ne quid superinducat, quod tali fundamẽto nõ quadret, atq; respõdeat. Dabit etiam operam, ut circumstantias singulas in animum reuocet, consideret, expendat. Est enim obseruatione dignissima Hilarij sententia, qua circumstantias illuminare dicta ait: ex qua etiam Canon unus constitui non malẽ potuisset: id quod ego fecissem, nisi breuitati studuisse, & regulas ponderare, quàm numerare maluisse. Hoc autem obiter dicã. Optare me uehementer, ut hanc pulcherrimã doctissimi pariter ac pientissimi Patris sententiã, nõ minus benẽ meditatã haberet meus aduersarius, animoq; impressã, quàm in ore, atq; lingua subinde gerit. Valde etiã uellem, ut sibi persuaderi sineret, eam cū ad plurimos sacrarũ literarum locos, tũ ad eum de quo nũc agimus rectẽ intelligẽdũ, dextreq; interpretãdũ ualere plurimũ: imo prorsus necessariã esse.

Porro alibi est à me & scriptum, & demonstratum, ad ea de quibus nunc quæritur uerba rectẽ intelligenda, & ut mysterium tantum postulat interpretanda, non tam spectandum esse quæ fuerit à resurrectione, aut ascensione, atque adeo quæ hodie sit corporis Christi conditio, quam quæ tum esset, cum coenam institueret: nimirũ mortalis adhuc, sed

Observatio circumstantiarũ utilis.

Prima Coena, hoc est institutio, aliarum est archetypus.

CANON

sed paulò post moriturus: ideòque omnibus, quos
 expiendorum peccatorum nostrorum causa induca-
 rat, infirmitatibus etiamnum obnoxius. Neq; etiam
 potest per fugium *διανομία* tam claras uoces ob-
 scurare, tam firmà fundamēta conuellere, aut tam
 benè ac pulchrè coherentia dissoluere. Sunt enim
 uerba Apostolica diserta, Corpus ipsum gestare
 haud absimile nostro, excepto peccato. Solido isto
 fundamento in animis nostris iacto, ponat quisque
 sibi ob oculos mensam illam primam, seu cenam:
 desigat oculos, non rationis, sed fidei, in Christum
 accumbentem: eum suis manibus panem frangens
 ac reliquas, suis una accumbentibus Apostolis dis-
 tribuentem, intēte consideret: deniq; cogitet ipsum
 ut uerba ista, Hoc est Corpus meum, quod
 pro uobis datur, dum panem porrigit, profes-
 retem: & tum demum quid hæc oratio, animo, pot-
 tiusquam auribus suggerat, attente audiatur, sedulo
 consideret, tacitus cogitet, expendat, meditetur.
 Non est quod sit animus de loquentis fide sollicitus
 aut de ipsius potentia anxius. Vnum hoc uersetur
 de quo quæritur: id est quid sibi uelint illa uerba ac-
 cipite, edite, Hoc est corpus meum, &c. Non adiecit
 quod paulò post excitabitur, & immortalitate, ac
 caelesti gloria affectum erit: seu quod in cælum con-
 scendet, ad patris dexteram sedebit: supraque omne
 quod

quod nominatur, siue in cælo siue in terra, extolletur. De ijs omnibus ne uerbum quidē unum loquitur Præceptor: quare nihil horum in mentem uenisse discipulis qui audiebant, est probabile. Neque eos istis de rebus cogitare uoluit, qui mysterium instituebat, panemque tradebat: alioqui nequam dissimulaturus erat. Nam quod ipsos in animo uersari uoluit, disertis uerbis exposuit. Corpus (inquit) quod pro uobis datur, hoc est, Iamiam ad expiationem peccatorum uestrorū in crucē agetur, occidetur, patri litabitur. In ea cogitatione Apostolorum animos retinere uoluit Christus: & sibi placere, ut in eadem retineantur eorum mentes, qui suam illam mensam porrō repectant, non obscure significauit, cum subiecit, Hoc facite in mei recordationem. Et ne esset qui hæc uerba aut aliter acciperet, quàm sentiebat: aut non satis assequeretur, deq; eorum sensu addubitaret: qui eum est secutus Apostolus sic explicuit, ut nullum uel deprauationi, uel dubitationi relinquerit locum. Quotiescunque (inquit Paulus) ederitis hūc panem, & poculum hoc 1. Cor. 11. biberitis, mortem Domini annunciabitis usquequo uenerit. MORTEM (inquit) non resurrectionem, aut sessionem ad dexteram Patris. Ut ergo in suam mortem mox secuturam, Apostolos defigere animi oculos uoluit Christus,

CANON

atque iussit: & in ea cogitatione ipsorum mentes
 continuit: ita nostras oportere in eadem considera-
 tione occupatas esse (si quidem nostram mensam
 cœnam Christi esse: & quod Apostoli accepere at-
 que edere, nos accipere & edere desideramus) quis
 uis non stupidus aut impius cognoscere ualet. Et si
 uerò possit, imò debeat, accedere cogitatio eorum
 quæ mortem illam consequuta sunt mysteriorum
 illam tamen præire est necesse: ut cuius potissimum
 memoria repetitur, & celebratur, atque adeò uita
 quadam imagine oculis representatur.

Ista omnia quæ uera, certa, pia, euidentia, diuis-
 nisq; literis expressa esse cõstat, qui quæ decet men-
 te excipiunt, atque meditantur: an non facile uident
 à plerisque, pleraq; alienissima huic controuersia
 hodie permisceri? Quorsum admiscetur disceptatio
 de qualitatibus glorificati corporis: cum constat
 mortale fuisse corpus, quando hæc primum dicebatur
 atq; gerebantur? Qui de ascensione Christi quæ-
 sitionem cum ista inuoluit, an non *ἄφορτα κῆρ* ^{ἐκείνη}
 adfert? Ipsum tum in terris egisse nemo nescit, atq;
 fatetur. Quid ad hæc rē facit, lis de sessione ad dex-
 terā patris: quando euāgelica historia luculenter tes-
 tificatur eū nō sedisse, sed accubuisse mense, ad Petri
 aut Iohannis forte uel dexteram, uel sinistram: idq;
 nō in cælo, sed in cœnaculo? Quorsū hæc cōtrouersia
 perturbatur, atq; obscuratur nimis acerba cō-
 sentione

tentione de corpore ἀπὸ τῆς ψυχῆς omnia loca, ut no-
 mina scilicet, superate: cū & circūscriptū, & domo
 cōprehensum, imo uerò paulò post funibus uinctum,
 in crucēq; actū fuisse, legamus, atq; credamus? An
 non istis de rebus rixas mouere, dū de isto mysterio
 quæritur, est luci tenebras offudere: nodūmq; quod
 dicitur, in scyrpo quærere: atq; sibi & alijs, excur-
 rendo, atq; etiam errando, inanem laborē, ne quid
 grauius dicā, accessere? Cur nō potius oculos utrosq;
 que conuertimus, in corpus cruci appensum: & ex
 ipsius latere fluentē sanguinem aspiciamus: mētēmq;
 totam in eius rei meditationē occupamus? Aliquā-
 do tandem inducamus in animos nostros, ut ad eum
 quem exposui modū affecti, atq; compositi, creda-
 mus nos audire Christum proferentem hæc uerba:
 HOC EST CORPVS MEVM. HIC EST SANGUIS
 noui testemēti, &c. Si cordis potiusquam corporis
 aures arrigamus, minimē dubiā apud nos fore in-
 terpretationem affirmare ausim. Nemini, credo,
 rectē composito, & affecto, suggeret mens, eā uer-
 ba, ut sonant esse accipienda. Neque persuadere mihi
 hi possum, animum sic, ut dictum est, comparatum,
 in pane quem cernit, corpus illud sua causa in cru-
 cē actum, quæsiturum esse: neq; de eo corpore, ore
 edēdo esse cogitaturum: sed reuocatis in memoria
 ijs omnibus quæ fidei regulam flagitare ex planis-
 simis locis docuimus, mysterium subesse iudicabit.

CANON

sentiēt, agnoscet. Quare ut aliud in symbolis, filia
quam carnis oculus cernit: ita in verbis, aliud auri-
mi quā corporis auris intelliget.

CANON
QVARTVS.

¶ OMNIS verborum interpretatio,
accommodanda est naturæ rei, quæ ver-
bis illis exponitur.



REGVLA hæc, & à fonte ducitur
pulcherrimo, & ratione fulcitur fra-
missima. utrumque autem præstat res
religiosa consideratio diuinæ sapien-
tiæ atque bonitatis: quas Spiritus cælestis multo ce-
uidentiùs, meo quidem iudicio, exeruit, cum literis
sacras tradidit: quā cum mundū hunc, tanto cum
ornatu condidit. Eximiæ profectò bonitatis fuit,
quod numen illud, lucem inaccessam, ut Apostolus
noster scribit, inhabitans: non modo hominibus
densissima caligine circūfusus, se petefacere voluit:
sed etiam sua consilia alioqui imperuestigabilia ipse
sis familiariter aperire ei placuit. Istud enim esse
singularis amicitie euidens argumentum, norunt
qui

1. Tim. 6.

quæ, quid sit amicitia intelligunt. quod Christus etiã Iohan. 15.
 de rebus seu mysterijs istis, apud suos Apostolos dis-
 serens, clarissime est testificatus: eo ipso argumen-
 to, eos sibi amicos esse comprobans. Sapientiæ uerò
 ineffabilis est, quod diuinus iste spiritus, in hisce cõ-
 silijs atque uoluntate exponenda, sermone usus est,
 tum ad captum hominum, quibuscum ei negotium
 fuit, attemperato: tum ad eas res, quas exponere
 uoluit, accommodato. De priore illa ratione, plu-
 rimæ atque pulcherrimæ extant sententiæ, tum in
 sacris literis, tum apud ueteres scriptores: qui istud
 argumentum passim tractant: & ipsum etiam ex-
 emplis atque similibus elegantissimis atque fami-
 liarissimis illustrare solent. quale est illud nutricis,
 se ad sui infantis captum demittentis, cum ipsoque
 etiam balbutientis, & quasi repuerascentis: ut que
 unum hoc spectet, in eoque sit tota, ut ætatem in-
 fantis (quem unice amat) infirmam, quacũque po-
 test ratione formet, & instituat. Verum quia ista
 consideratio, alioqui longè pulcherrima simul &
 suauissima, non ita ad hoc institutum pertinere ui-
 detur atque posterior: illam in præsentia missans
 faciemus: & hanc quando ita flagitat præsens in-
 stitutum, pluribus uerbis persequemur.

Principiò qui sit sermonis usus, hoc est uo- Vsus ser-
 cum atque uerborũ, siue pronunciando, siue scri- monis.
 bendo, officium, norunt arbitror omnes sani, & ad
 hoc

CANON

hoc ea instituta, inuenta, aut potius diuinitus data esse, credo, fatentur, ut per ea animorum nostrorum sensa alijs exponamus. Qua ratione fit, ut inter uerba, ea optima esse censeantur, quæ animi latentem conceptionem propriissimè, simul & aper tissimè exprimunt. Et qui quæ de rebus sentiunt, quòdque animo præclare cõceperunt, maximè aptis, significãtibz, ac perspicuis uerbis depromere, in aliorumque animos transfundere norunt, ac uolent: non solum eloquentissimi, sed etiam scientissimi, sapientissimiq; esse ab omnibus meritò iudicari, & haberi solent. Istud autem in hoc toto genere cum psimis laudari solet: de rebus recõditis, arduis, aut obscuris quàm planissimè differere posse: ut si fieri possit auditores uel lectores, non tam audire uoces, aut uerba legere, quàm ipsas res cernere se credant. Ad istam uerò orationis lucem, seu sermonis uirtutem, nemo certè est qui non fateatur apprimè esse utile, atque commodum, uerba summere notissima: hoc est notantia res, hominibus apud quos sermo habetur, familiarissimas atque notissimas. Profectò quæ inde petuntur loquenti formæ, quæ alioqui difficilia sunt, reddunt facilissima: quandoquidem hac ratione quæ obscura sunt per sese, illustrantur, quæ abdita, in lucem quòdammodo produciuntur: & quæ alioqui ab intelligentia hominis remota, ipsis sensibus quasi subijciuntur.

tiuntur . quo fit ut sæpe homo rudis atque imperi-
ritus ea facile percipiat , quæ alioqui eruditus ac
peritus ægrè assequeretur, uixque caperet.

Porrò hoc dicendi genus figuratum nuncupa-
ri solet: quasi dicas pictum. idque, nisi me coniectu-
ra fallit, quòd recedat à communi illo, atque re-
cepto (quo res quæq; ea notatur uoce, quæ ipsi si-
gnificandæ primum instituta fuit) & rem non tam
nudè indicat, quàm descriptione quadam uestit atq;
pingit: ex rei alterius, quæ est notissima, uelut lineis
& coloribus. Quare Augustinus noster (ne exteros
nunc commemorem) scriptor diligentissimus, quiq;
plurima & utilissima scripta reliquit, de recta ra-
tione literas sacr. interpretãdi atq; enarrãdi: locu-
tionem tropicam siue figuratam definit esse, ubicu-
que uelut aliud dicitur, ut aliud intelligatur. & alio
loco propria uerba ea esse pronunciat, quæ ijs reb.
significandis adhibentur, propter quæ sunt institu-
ta: alia uerò omnia inter figurata numerat. Istos e-
go locos quum aduersarij mei librum examinare,
citauit, & ut incorruptos testes produxi: ut ex sen-
tentiã tanti scriptoris (quem iste facere plurimi
uult uideri: & à se stare nunquam non asseuerat)
istã controuersie nostræ pars dirimeretur. at quæ
est huius hominis ingenuitas, quæ à me adducta di-
ctæque fuerunt, quasi non uisa nedum lecta prorsus
transiit: forte ut durum nodum ista esse sentiens.

Figuratum
dicendi de-
nus.

Propria lo-
cutio.

CANON

Figura ve-
ritati nihil
adimit.

Magnus v-
sus est figu-
ratae locu-
tionis in lit.
sacr.

Cæterum, ut eo redeam unde sum digressus, tantū abest ut ille figuratus orationis character (quem literis sacris familiarem esse, optimum ducem sequens Augustinum, constanter assevero) sententia quæ traditur & exponitur, quicquam adimat: ut eius tum explicandæ, tum illustrandæ causa in primis adhibeatur: quippe ad eam rem maxime aptus. Cuius rei causa, ut quidem iudico, figuratum dicendi genus, orationis lumen à doctis appellatur. est etiam qui honestamentum atque ornamentum nominat. Errat igitur uehementer, qui orationi illi hoc nomine quod figurata sit, ei fidem detrabere, suspectamq; falsitatis eam reddere conatur: cum præter quàm quod ueritatē, æque atq; simplex sine propria contineat: hanc etiam exponendo, illustriorem, augustioremque reddiit. Vnde quisuis facile intelligere ualet, isti orationis generi, maxime locum esse debere, cum res arduæ, difficiles, obscuræ, ab intelligentiâque remotæ ueniunt explicandæ. certè tum maximum ipsius esse usum, est euidentis. Quare hanc loquendi formam, etiam tantò quisque studiosius adhibere usurpareq; solet, & debet: quantò auidius cupit eius generis res pluribus exponere, atque patefacere: & in primis si rudibus, etiam eas innotescere cupiat. Istud, quod uerissimum esse apparet, quisquis considerate cogitat, religiosèq; & candide perpenderit,

dit, proculdubio intelligit & agnoscit in diuinis literis, multo magis quam alijs ullis locum esse, meritoque esse debere locutionibus figuratis. Nunc nihil dico de linguarum idiomatis, seu phrasibus: quas in Prophetiis Apostolicisque scriptis longe creberrimas esse norunt, qui eas cum iudicio, & studio legunt: de eo figurarum genere in presentia disputo, in quo à primum se offerente ratione, ut est apud Quintilianum, siue notione, disceditur. Perfecto dubitare credo neminem, spiritum sanctum in diuinis literis, res tradere arcanas, & plerumque humano ingenio, non tantum obscuras & abditas, sed etiam absurdas, neque dubium est apud pios, neque esse debet, eas, ipsum, in eum tradidisse finem, literisque consignasse, ut quam plurimis, atque adeo rudissimis innotescerent: easque & intelligerent, & amarent: non autem ut non intellexerent, essent tantum admirationi auditoribus, aut lectoribus, sicut enigmata quaedam: ut uoluisse uideatur Aristoteles, cum suos de Physica auscultatione ederet libros: si uera sunt quæ ad suum Alexandrum, ea de re scripsit. Atqui res adeo ab humana ratione alienæ, adeoque abstrusæ, aperte, & ad hominum captum accommodatæ, tradi minime potuerunt: nisi sermonis genere ex rebus familiaribus, atque antea notis petito. Iam uerò diuinæ, & celestes, atque sublimes res, sermone ad significandas

C A N O N

Diffimile.

res humanas, terrenas, humiles, instituto, exprimi
 commodè ac perspicuè nequaquam ualuerunt, nisi
 figuratè: hoc est per traductionem uocabulorum
 ab externis uisibilibusque rebus ad intèrnas atque
 inuisibiles. Ita apparet in diuino isto negotio: rē se
 modo habere prorsus dissimili, atq; cum aliq; ab
 externis peregrinisq; regionibus, in alias impo-
 tatur. Ferè enim res ignotæ, cū primis illis nominis
 bus, quæ sunt in propria regione sortitæ, in exteri-
 trāseunt: eaq; ibi porrò retinent. Rē notissimā pro-
 bare non habeo necesse. At Spiritus S. quæ ipsius est
 & sapientia & bonitas, celestia illa & diuina cō-
 filia atq; mysteria, ex celestis Patris sinu, quasi as-
 bysso profunda proferens, in mundum istum tras-
 ducturus, hominibusq; cōmunicaturus, ut istorū as-
 nimis (in crassis corporibus inclusis & penè sepul-
 tis) ea facilius insinuaret, penitus induceret, altiusq;
 infingeret (quæ ipsis ante inaudita erant, nedum in-
 cognita) textit, uelutq; uestiuit, oratione & sermo-
 ne antea noto, atque familiari: ne si utrumq; igno-
 tum atq; peregrinum appareret, uel statim repul-
 diarent non cognitū, uel ægre demum admitterent.
 Hæc consideratio mihi utilissima, perinde ac pul-
 cherrima esse uidetur: uersarique eam debent in-
 mense, qui literas sacras legere, intelligereq; sine
 offensione cupiunt. Quod quidem etsi satis perspic-
 uum esse existimen, tamen, in rudiorum gratiam,
 utiq;

teno atque altero exemplis, id confirmare, illustrareque minimè grauabor.

De Deo ipso quàm pauca quæso, simplici pro-
 priòq; sermone tradita esse uidemus? An nõ omnia est sermo,
 ferè dicta expressiq; sunt *αὐθροπικὰς*, ut loqui ferè est fi-
 solemus: hoc est quasi humanis affectibus esset præ- guratus.
 ditus, qui ab eis est alienissimus? quod quia non ob-
 seruariunt olim nonnulli, in errore tetrum, & dictu
 audituq; horrendū, lapsos esse hodie legimus. Istum
 effugere qui uolūt, quod omnes uelle decet: si in le-
 gedis aut audiendis literis sacris, incidunt in locū,
 in quo sermo fit de diuina essentia, aut natura: eiq;
 audiunt ascribi, uel affectus humanos, uel aliquod
 sensuum officium, uel, quod non rarò cõtingit, cor-
 poris humani mēbra, cauet sedulo, ne ex his uerbis,
 similem cõcipiant cogitationem, ei quam formare
 solent, cū de homine instituta oratio est: sed si uera,
 piq; de omnium rerum conditore atq; cõseruato-
 re, imbuti sunt sententia, quæ ipso digna, aut saltem
 quæ non indigna sunt, concipient. Similiter cum in-
 cidimus in eos locos qui mentionem faciunt perpe-
 tue piorum hominum fœlicitatis: aut cõtra impio-
 rum sempiternas miseras ac æterna supplicia de-
 scribūt: si quid habemus sani iudicij: & tãtis de re-
 bus Christianam si imbibimus sententiã, nihil nobis
 officient quæ dicuntur, sermone à rebus corporeis,
 ad hęc uitam pertinetibus fermè petito, id autē fit,
 quia

Æterna fœ-
 licitas, ut
 sempiterna
 supplicia,
 pene figu-
 ratis uerbis
 exprimun-
 tur.

C A N O N

quia rebus cōuenientem intelligentiam, cōcipimus, atque commodam adhibemus interpretationem. Hanc rationē quia non sunt sequuti olim, quidā uiri magni & doctrina præstanti, commenti sunt quædam, quæ sequens ætas noluit recipere: sed ut rebus istis minimē conuenientia repudiavit, damnauit, ab Ecclesiâque explodit. Exemplis pluribus, res non obscura nequaquam indiget: exq; istis notatis facillè cognosci posse arbitror, quod demonstrare institueram: nimirum in uerbis interpretâdis, habendam esse earum rerum, quæ ipsis significantur rationem, atque considerationem: & quid istarum natura, uel ferat, uel flagitet, sedulo dispiciendum esse: ut ad eam intelligentia nostra, & interpretatio accommodetur.

Verbo suo,
uisibilia si-
gna, Deus
certo confi-
lio adiūxit.

Nunc est reliquum, ut aliud diuinæ sapientiæ certum testimonium, & bonitatis erga nos illustrè argumentum, etiam expendamus atque excutiamus. Dum de rebus istis attentius cogito, statuere uix apud me possum, amplioris sit ne sapientiæ, an bonitatis, quòd Spiritus sanctus in diuinis istis rebus exponendis (quibus capiendis, animos nostros minimē idoneos esse nouit) non modo usus sit sermone, ut ostensum est, apposito: sed etiam uerbis, externas atque terrenas res adiunxerit: quo tum apertius & familiarius, tum acrius & efficacius nos de sua uoluntate certos faceret. Certè apparet,

in eorationem ipsum habuisse nostri stuporis, ue-
rius quam tarditatis, ad diuinas istas res cogitan-
das, atque, ut par est, considerandas: simulque cla-
rissime testificatus est, se nostræ salutis maximo te-
neri desiderio: quippe quam tot modis procurare,
promouereq; contendit. Ob eam profectò causam,
uerbis, quæ auditus adminiculo ad animos pene-
trant: & quas notant res, ac in sese quodammodo
gestant inclusas, eò inuehunt: adiunxit externas
notas, quibus oculi feriuntur: & uisus, sensus cer-
tissimus, afficitur. Ita planius atque plenius diuina
consilia, & uoluntatem nos docere: & quæ ad no-
stram salutem faciunt, altius animis nostris infi-
gere multis modis contendit.

Equidem uerborum usus patet latissimè: & ra-
tionem præstant expeditissimam, in alienum ani-
mum transmittendi, quod in nostro gerimus: atque
men etiam signorum quæ in oculos incurrunt, ma-
gnus est usus, & utilitas minimè exigua. Valent
autem in prinis & ad rudes instituendos, & ad
permouendos tardos, & ad stupidos excitandos.
Ut clarissimè breuissimèq; dicam rem totam, quod
exempla, delineationes, imagines, faciunt in traden-
dis, explicandisque disciplinis, id in pietatis negotio
edocendo atque persuadendo cumulatisse & pul-
cherrimè præstare notas, siue signa ista sacra exi-
simo. Quod etsi minimè dubium esse credam, pro-
duco

Quæ oculis
quam quæ
aurib⁹ per-
cipiuntur, a-
nimos no-
stros magis
afficiunt.

CANON

Cap. 8.

Exod. 25.

duco tamen Chrystostomi & aliorum Grecorum
interpretum iudicium: quod extat in cōmentarijs
in epistolam ad Hebræos, dum enarrant locum
quem ex Mose citat Apostolus: Vide ut omnia
facias ad exemplar, quod tibi ostensum
est in monte. Verba autem sunt Dei precipien-
tis Mosi, ut in tabernaculo fabricando non tan-
tum sequeretur quam uerbo, ei exposuerat for-
mam: sed etiam ut typum ipsius oculis subiectum
exprimeret. Vnde apparet, Deum in eo negotio,
quod ad sui cultus rationem pertinebat, sue nar-
rationi, quam Moses auribus exceperat, etiam
τύπον, quem oculis cernebat, adiunxisse: quò suam
uoluntatem plenius exponeret: & eam animo Pro-
phete altius infingeret. Nam quæ oculis cernimus,
magis animis apprehendimus (ut illi scite monent)
quàm quæ auribus audimus. Ratione non dissimili
sermoni, quo ille suam uoluntatem nobis patefacit.
signa, quæ sacramenta appellare solemus, annexa
re ipsum uoluisse apparet.

Sa ramēto-
rum cūver-
bo affini-
tas.

Porro sicut exemplorum atque designationum
affinitas similitudōq; cum ea doctrina, cui illustra-
tæ adhibentur, summa esse debet (alioqui tenebras
offundant, non lucem adferant: nec proderunt, sed
oberunt) ita in signis sacramentalibus (ut accepta
uoce utar) se res habet, ea cognatio esse solet, & is
consensus, cum uerbo cui appenduntur: ut quod
sermo

sermo auribus ingerit, sacramentū oculis subijciat.
 Deinde quæadmodum *παρὰ δ' αὐτῆς*, & omnis mu-
 ta pictura, nisi iuuu, ut dicitur, uox accedat, ina-
 nis, otiosa, imò pernitiōsa esse solet: sic uisibile si-
 gnum institutū diuinitus, ac diuinis promissionibus
 quasi uestiendis atq; pingendis destinatum, si non ei
 adiungatur uiuus sermo: qui spectantis animū ple-
 nius informet: non modo res est mortua atq; inuti-
 lis, sed etiam persæpe exitiosa. Nam ut qui imagi-
 nes pro libris, in templa inuexerunt, sic qui aucto-
 res fuerunt, ut sacramenta sine doctrina admini-
 strarentur: pro religione, superstitionem, ne dicam
 idololatriam, in Ecclesiam induxerūt. Quare quæ
 dicuntur, de cōiungendis, quæ sensibus istis duobus,
 auditu & uisu percipiuntur, in tradēdis disciplinis:
 & de præceptis etiam ad usum transferendis, iu-
 dico ad istud pulcherrimum Spiritus sancti consi-
 lium, & explicandum, & illustrādum, accommo-
 dari optime facilimeq; posse. Omitto nunc recita-
 re, quàm uariè atque opportunè Deus, iam inde à
 principio, usus sit talibus signis: ut sua hominibus
 consilia patefaceret, ipsorumq; animis & insinua-
 ret, & obsignaret. Prætereo etiam cōmemorare,
 quantus semper fuerit, signorum istorum uisibiliū,
 atque rituum externorum usus, inter homines tura-
 pios, tum impios: quoties aliquid celebre atque so-
 lenne institueret, & memoriæ cōsecrare uoluerūt,
 seriōque

Sacramēta
 sine doctri-
 na inania
 sunt.

CANON

serioque studuerunt. Quæ quidem omnia, ut nō est
 loci huius copiose persequi: ita ad ea quæ institui
 planius exponēda, necesse fuit ea paucis perstrin-
 gere. Idq; eo maxime, quod animauertam plerōsq;
 in hoc de Cœna Dom. mysterio explicādo, graui-
 sime peccare ob earū rerum quas attingi, uel igno-
 rationem, uel obliuionem, uel contemptum.

Quidam de
 Cœna ira
 disputāt, ac
 si sacramē-
 tū nō esset.

Sunt certè nonnulli, qui sic subinde de hac sacra
 Christi mensa differunt, atque disputant, quasi inter
 sacramenta, annumeranda non esset: neque
 hæc postrema est causa, huius tam diuturnæ con-
 tentionis. Equidem illi, etsi Cœnam Domini nomi-
 nent sacramentum: & hoc etiam definiant, cum
 de illa tractationem instituūt: tamen uelut istarum
 rerum obliti, ipsi adimunt quod omnibus sacris se-
 gnis concedant oportet: si quam ipsi tradunt scis-
 tionem, legitimam esse, & haberi uelint. Istud er-
 go dum faciunt, non solum à ueritate, hoc est liti-
 ris sacris, & pia uetustate, sed etiam à seipsis dis-
 sentiunt. Nam illi ipsi scribunt (quod etiam aliquo
 constat: & uelint nolint necesse est fateātur) Cœ-
 nam esse à Christo institutam, nos de diuinis res-
 bus, ad nostramque salutem omnino pertinentibus,
 docendi, commonefaciendique causa. Eò professio
 pertinet, quicquid de fidei confirmatione, & obli-
 gnatione tradunt, quæ sacra hæc mensa præstat,
 tantò præstantius, quantò clarius & expressius
 quam

quàm aliud ullum, ordinis huius signum, Christi mortem, id est diuinis erga nos amoris locupletissimum testimonium: & omnium spiritalium beneficiorum uberrimum fontem, representat: ac humanis oculis quasi subijcit. Ergo dum isti ei adiungunt, quod sacramentis omnibus est commune, perinde faciunt, atque si auro detraherent, quod metallis omnibus conuenit: & cum ipsi negant cōpetere, quod cum sacramentorum natura est coniunctum, euidenter eam ex sacramentorum numero expungunt: neque plus rationis ipsorum cogitatio continet, quàm si aliquis neget hominem sentire: idque eo nomine, quod inter infimi ordinis animantia nequaquam sit: uerum omnibus præstet. Atqui talem uel cæcum esse, uel insanire dicemus: qui non uideret, atque cogitaret: antò magis competere homini sensum, quàm reliquis animantibus antestat. Sic de Cœna Domini omnino iudicandum, constituendumq; esse constat: nimirum ut quæ sacris signis sunt propria, ea tantò ipsi esse cōiunctiora credamus, quàm ipsam, cæteris antepone-re solemus.

Porro ut propius ad rem accedamus, sacris signis proprium familiareq; est, omnium piorum, qui uel fuerunt iam inde ab Ecclesiæ primordio, uel hodie sunt, uno, communique consensu, ut rebus consentiant duabus: signo nempe externo atq; uisibili,

Rebus duabus constât omnia sacramenta.

C A N O N

Et signata re, id est interna et inuisibili. Inter alia
 tem eas partes (sic enim appellare liceat, si totum
 spectemus sacramentum) licet summus sit consensus
 (qualis nimirum est inter imaginem, et rem ex-
 pressam) interea tamen differunt quantum que ma-
 xime: hoc est quantum diuinum ab humano, siue
 caeleste à terreno. Quare alterum cum altero con-
 fundere, est caelum terrae permiscere. Qui uero ob
 istam sacramenti constitutionem, substantiarum
 unitatem fieri existimant: non minus errant quam
 si corpus quia animatum est, ideo in animae natu-
 ram transisse siue somniarent, siue fingerent. Nes-
 que enim que ununtur, in unam abeunt substans-
 tiam, tamen si unum esse dicantur: ut sunt sane: sed
 certa quadam ratione.

Cuiusge-
 neris sit v-
 nio Sacra-
 mentali.

Caterum cum unitionum species sint uariae:
 et cuius generis sit, que sacramentalis nominat-
 tur, obscurum esse uideatur: minimè est ab hoc non
 stro instituto alienum, in ea re diligentius inuestiga-
 ganda, et, si fieri à me potest, clarius explicanda,
 paululum immorari. Ut enim in hac parte, est ob-
 scuritas non nihil, ut uerum fatear, ita non pos-
 strema pars hodiernae controuersiae, in isto nodo
 haeret. Nemo est, nisi rerum omnium sit imperia-
 tus, qui non facile intelligat, inter omne signum,
 et rem cuius est signum, esse aliquam habitudinem,
 siue relationem: que res aliqui natura substantiaque

stantiâque diuersas, quodammodo unit: & locis etiam distinctas, certa ratione coniungit atque adunat. Ista consideratio etsi non, sufficit explicando nodo quo de agimus, est tamen necessaria cognitu: ut generis cognitio, ad speciei definitionem.

Sunt (ut hoc, non omnino alienum ab isto argumenteo, addam) qui suam uel ignorance, uel peruicaciam, religionis nescio quo titulo uelant: cum se religione arceri ab istis rebus inuestigandis distitant: quæ alioqui neque abditæ sunt, neque irreligiouse: sed si animos geramus religionis studiosos, & minime obscuras, & pietatis plenissimas esse experiemur. Quanquam hac in parte, ut alijs plerisque ingenuè fateri oportet, pauca ea esse quæ studiosè (piè tamen) inuestigando consequimur: præ ijs quæ adhuc ignoramus: & in futurum tempus reseruantur. Verùm quou que nos spiritus celestis in ista penetralia manuducit, se qui tuto possumus: imò uerò nisi ingrati & præposterè religiosi esse uolumus: prorsus debemus. Itaque non plenam istius mysterij definitionem inueni, aut ab alijs etiam postulo: sed mediocrem, tñò tenuem descriptionem, & isti temporis, non stræq; conditioni conuenientem desidero: hoc est quantam fides, quæ uerbum Dei intuetur, atque ut lucem, & ducem sequitur, meritò flagitat. Est sanè

In inquirenda mysteriorum uera cognitione, religionem falsò quidam obtendunt.

CANON

prorsus uerum, certissimam scientiam in diuinis
 mysterijs esse, suam ignorationem serio sentire, &
 candidè agnoscere: & multa nescire, multò magis
 boni esse Theologi quàm periti Grāmatici, est ceteris
 tiffimum: sed est etiam absurdissimum, & à pietate
 alienissimum, eo titulo suam uel ignorationem, uel
 ignauiam, uel superstitionem defendere: & fidei
 nomen inane, aut rei istius umbram quandam, pro
 Christiana fide commendare uelle: ut facit Staphis
 lus, in cuiusdam Carbonarij persona, nescio quod
 somnium ueriusquàm fidem, mirifice predicans.
 Ergo uitionem rei externæ & internæ in sacra-
 mentis (ut alia signorum genera nunc omitam)
 excutere non est quod uereamur: modò præscrip-
 tas nobis à Spiritu sancto metas, non transiliamus:
 nō est etiam quod præcipitij periculum, aut curiosi-
 titatis notam metuamus: si intra Propheticarum
 & Apostolicarum scripturarum limites nos con-
 tineamus. Id ut ante me fecisse existimo, ita porro
 facere institui: neque de isto tanto mysterio, quod
 ex illis fontibus haustum, ductūque non sit, me
 quicquam dicturum esse spero. Et quādo magna
 est rei difficultas, nemo, credo, tam est iniquus, ut
 à me petat, atque expectet exquisitam definitio-
 nem: abundè, ut confido, satisfaciam candidis anis
 istam descripsero.

Summum

Summam esse coniunctionem Sacramentorum cum uoce Euangelij, præter omnium piorum atque doctorum in ea re consensionem, etiam clare ostendit, & euidenter confirmat Christi oratio quam ad suos Apostolos, cum ad Patrem rediturus, eos ablegaret in mundum, ipsum habuisse commemorant Euangelicæ historiæ scriptores. Nam in ea dimissionis formula, manifestè cõiungit prædicationi Euangelij, Baptismum, prius noui testamenti sacramentũ: unde euidenter discimus, quod vulgò dicitur, Verbi appendices & sigilla esse Sacramenta. Idem etiam, & illius, & horum esse officium: in eundemque tendere finem, idem locus monet: quod clarius, & pluribus ex Augustini sententia exponam, cum de Augustana Confessionis consensu agam. Maximam etiam esse similitudinem, & analogiam longè pulcherrimam, inter sacramenta & uerbum clare indicat, tum ille ipse Christi sermo, atque alij non dissimiles (de quibus in præsentia nihil dico) tum illud ab Augustino elegantissimè dictum, Sacramentum, est visibile uerbum, ex quo non obscure innuitur, idẽ uerbo, quod sacramento præstari, atque effici: in hocque solo differre, quòd, quæ uocis sono, ut eiusdem Augustini uerbis utar, per aures carneas in animum audientis illabantur, ea sub aspectabilis signi forma, per carnosos oculos penetrent, atque ingerantur.

Summa est sacramentorum, cū uerbo, coniunctio, & consensio.

I. de Doctr. Chr. cap. 13.

Quod si nobis placet, iuxta istam analogiam, Augu-
 gustinianam dicendi formam imitari, licebit uocis
 sonum nominare audibile sacramentum. Est enim
 inter hæc consensio summa, summâque cognatio.
 Quid? pulcherrimè sibi inuicem respondent, mu-
 tuasque operas in nostræ salutis negotio tradunt:
 & alterum alteri subseruit. Denique res non multa
 to aliter habere uidetur (ut ad id redeam quod
 ante attigi) atque si qui docent, cum res aliquas
 graues atque difficiles tradiderunt: post orationem
 seu uocem uiuam, qua res explicata est: deli-
 neationem oculis subiiciat: quæ sic præcedenti ser-
 moni consentiat, sic respondeat, ut quod illo fuit
 atque diluclè, quantum rei obscuritas tulit, est ex-
 positum: isto adhuc ostendatur, & cõfirmetur, am-
 móque audientis altius infigatur. An non his pro-
 fus conuenit, quod ab omnibus pijs atque doctis dis-
 citur: Sacramentis fidem confirmari & obfirmari?
 ri? fidem autem ingenerari per uerbi auditi-
 nem clarè scribit Apostolus. Duabus istis rationis
 bus atque uis, ut uocant, utitur Spiritus sanctus
 quæ ipsius est & sapientia & bonitas, ad Eccle-
 siam Christi instituendâ, & informadâ, salutem-
 que ipsi adferendam. Pulcherrimum istum con-
 sensum clarissimè confirmat quod Apostolus ad
 Galatas scribit, ante ipsorum oculos Christum
 fuisse depictum, expressum, atque adeo inter ipsos
 erit

Rom. 10.

Galat. 3.

crucifixum: loquitur haud dubie de uerbi Euan-
gelici praedicatione: quae tam fuerat euident, tam
expressa, ut Christum in cruce affixum, ipsorum
oculis quasi sisteret: & eum coram uidere, sibi uia
si fuissent.

Hanc sacramentorum cum praedicatione uerbi
coniunctionem, consensionem, similitudinem, ana-
logiam, si considerate, prudenter, religioseq; expen-
dere uolumus, non erit difficile constituere de ratio-
ne unionis signorum atq; signatae rei, quod fidei suf-
ficiat, atque satisficiat. Petere profecto hinc potest
pius animus, quantum est satis ad concipiendam
κατανοήσιαν, & certam consolationem (quas qui-
dam per Αἰχνοίαν nos tollere, piisque animis tripe-
re ipsos per τὸ πῦρ ἰνὸν retinere & tueri, falso aiunt:
ex suo ingenio de alijs omnibus iniquè iudicantes, at-
que temere pronunciantes) Et si quis est, qui putet,
nimis humiliter & demisse me, uel loqui uel sentire
de sacramētis, ob istam collationem: legat optimū
auctorem Augustinū, in lib. de Doctr. Chr. 2. cap. 3.
Eo loci reperiet piū Episcopū corporis & san-
guinis sacramentū (sic enim ibidē, ut alibi pas-
sim appellat) cōferre nō modò cum Diuino uerbo,
sed etiā cū quibusuis signis: idque quòd Christus per
illud, quod uoluit significauit. Hec ipsius uer-
ba sunt, ne quis me aliquid cōmimisci cauilletur. Ex
ista autē analogia siue collatione, cognoscere primū

CANON

Scire in rebus diuinis quid nō sit aliquid, primus ad rectā cognitionem est gradus.

Fides Christiana non est rationis expers.

possimus, qualis non sit unio sensibilibus symbolorum cum spiritalibus rebus: id quod nō parum est diuinis, atque obscuris in rebus. Nam in hoc rerum genere, primum hunc esse gradum, & recta cognitionis initium esse uolunt plerique non incogniti. Habet enim magnum aditum, ad rei alicuius certam cognitionem, qui, quid ea nō scit, probe nouit. Unionem autem istam de qua agimus, non constare transitu substantiæ rei unius in alterius substantiam, tam est manifestum, quàm niuem non esse nigram. quare istud somnium refutare, est hominis ratione destituti: ut defendere, est sensu etiam carentis. Unionem quoque istam fieri per substantiarum permixtionem, aut alterius in alteram comprehensionem siue inclusionem, nemo fingit, nisi rerum istarum imperitus: nemo credit, nisi stupidus: nemo asserit aut defendit, nisi impius. Istorum aliquid asserere, est prorsus à ratione alienū. Ratione dico, non humana sed Christiana, non naturæ sed fidei. Neq; enim uera fides est adoratio: quippe quæ Dei uerbum, hoc est exactissimam rationem, intuetur, apprehendit, sequitur: quod uerò cum ea pugnat, etiam damnat, reijcit, execratur. Qui aliam rationem in isto ac similibus mysteriis nos consulere atque audire existimant: se omni ratione esse destitutos demonstrant. Ratio igitur fidei, ut sic loquar, hoc est doctrina sana, nequaquam sit

nit, ut ullam agnoscamus, nedū admittamus unionem in re sacramentaria, quæ affinitatis aliquid habeat cum superioribus commētis: aut etiam illius loci, aut situs considerationē cōtineat. Quod si quis roget ut describam, qualem eā esse nos deceat credere: non uideo quid respondeam, nisi ferē talem esse credendam, qualem esse dicimus inter signum, & rem per ipsum significatam. Nam sub signorum genere, sacramenta omnia comprehendit est certum. Quod si aliquid adhuc specialius & expressius requiratur, non habeo quod adferam certius: quā talem me agnoscere unionem, inter sacramentum & rem cuius est sacramentum: qualem esse credimus inter uocem quæ labitur: siue (ut uerbis Augustini potiusquam meis, id exponam) inter uerbum sonans & transiens, atque uirtutem manentem, dum Euangelium prædicatur. Inde qui dociles, & non refractarij sunt, discere possunt, quod pietas flagitat, nos ista de re intelligere & scire: hoc est quod fidei minimè curiosæ, satisfaciatur. Verbum, rem quam significat, promittit, & offert, coniunctam habet: ita ut eam secum gestet & adferat: imò suo quodāmodo fidei, ipsum amplectenti, conferat. Eò respectu dici non male poterit, modo minimè malè intelligatur, in uerbo ea res esse: & cum uerbo accipi. Intelligetur autem minimè malè, si sentiatur eam rem tam certò fide in animo

Similis unionisratio in sacramento, atque in uerbo.

CANON

Locutionū
formę simi-
les in verbi
ministerio,
& sacramē-
torum.

animo haberi, atque teneri, quā certo auris non
eem excipit. At inde nemo rectē confecerit rei ce-
lestis, cum uoce quę effluit unionem nescio quā
crassam, & rei spiritati minimē conuenientem.
Cum ergo elemētum oculis promittat, offerat, ma-
gerat quod uerbum auribus, cur aliam rationem
uel unionis, uel presentię rei spiritualis cū illo, quā
cum isto, comminiscemur aut fingemus? Inde quō
que minimē difficile erit discere, quomodo res ter-
rena, spiritualis esse dicatur: seu quomodo hęc de il-
la prædicetur: ut propius ad institutam diiudica-
tionem ueniamus. Vox Euangelij, passim nominat-
tur diuina potentia, gratia, lux, salus, uita. Quos
modo autem id accipere atque intelligere, & scire
lemus, & debemus? An illum uerborum strepitu-
tum (sic enim Augustinus scitē admodum nomi-
nat) qui auribus ingeritur, ac sonum qui in aëra
diffunditur propriē, uerē, re ipsa esse diuinam po-
tentiam, gratiam, lucem, salutem, uitam uel
sentimus, uel dicimus? Id sanē ut credamus, nec-
dum asseramus, neque fidei regula, neque rerum
de quibus agitur natura finit. altera enim est ter-
rena, inanis, fluxa: altera celestis, efficax, æter-
na. illa igitur, esse ista qui posset? esse quis crederet?
Hoc profecto qui credet, credere etiam poterit,
mortem esse propriē uitam, & tenebras lucem.
At tamen Apostoli ita appellant, qui mentiri nes-
que

que uolunt, neque possunt. Profecto quod isti dixere, est ipso uero uerius: uerum non id dixerunt, quod aliquis mysterious imperitus, ista legens, eos dixisse prima facie iudicabit. Qui uero propter habitum (ut Apostolica uerba hoc loco merito usurpem.) sensus habent ad boni malique discretionem exercitatos: quæ sit Apostolorum sententia, quæ mens, facile uidebunt, atque intelligent: & hanc amplectentur, relicto literæ ut ita loquar, rigore.

Hebr. 5.

Idem ut de Christi oratione, qua panem abs se fractum, corpus suum iam tradendum nominat, iudicemus, omnino rerum quæ uerbis illis exponuntur natura flagitat. Veram esse, ut credamus orationem eius qui ipsissima est ueritas, religione obstringimur. At qui eadem religio cogit, ut credamus (quod noster etiam aduersarius fatetur) res esse diuersissimas, quas illa oratio coniungit. Ea autem oratio uera esse definitur, quæ cum re consentit, ut falsa quæ à re dissentit. Quomodo ergo uera esse poterit oratio, quæ diuersissimas res coniungit? Bene, si bene intelligamus. intelligemus bene, si quod ipse qui pronunciauit uerba, intelligamus. Quid intellexit? id est de quo quæritur: & in quo nunc laboramus. Ne ipse quidem meus antagonista insiciabitur idipsum intellexisse Christum, quod nos creder euoluit.

ORATIO
VERA.

Idem

CANON

Idem etiam minime, uti spero, negabit, nolle ipsum nos credere rei quæ uidetur, ut verbis utar Augustini, substantiam, transire in substantiam rei quæ intelligitur. (Id enim si negaret, stabiliret uerbum à qua se uehementer abhorrere dicitur) consecrationem est Christum noluisse significare, rei externæ substantiam, hoc est panis, transire aut fieri corporis sui substantiam. alioqui aliud quam intellexisset, significasset: quod non modò absurdum, sed etiam planè impiū foret. Pergamus, Christi; orationem nunc consideremus. An non si ut sonat (sic enim admodum diserte suum δ πατρὸς μου aduersarius exponit) accipiamus, intelligamus, interpretemur: substantiæ transmutationem, adeoque identitatem, ut sic dicam, intelligemus? Quia enim aliis dicendi forma, hæc significari exprimi que uel sonet uel potest? Certè quisquis negat notari substantiæ unitionem uerbo $\epsilon\sigma\tau\iota$ $\nu\alpha\pi\alpha\rho\epsilon\tau\iota\mu\delta\sigma$ sumpto (ut sumi contendit in hac oratione meus antagonista) omnes dicendi artes hætenus traditas euertat oportet: & de alijs tradendis cogitet: nisi nos destitutos omni præsidio manere malit. Cum alia non sit quantum iudico, ratio significandæ unitionis substantiæ, quàm hæc: necesse est, aut sic non esse accipiendam in Christi oratione: aut fatendum est, ipsum intellexisse & significasse unam subiecti atque prædicati (ut receptis uocibus utar) esse substantiam,

tiam, idque nos credere uoluisse. Alterū horum in-
ficiari si pergat aduersarius, effugere non potest,
quin fateri cogatur, aliud dixisse Christum, recep-
to & communi dicendi genere utendo, quàm nos
uoluerit credere. qua sententia quid cogitari potest,
ut mitissimè loquar, uel absurdius uel ineptius?

Ex isto labyrintho, in quem nos aduersarius se-
cum trahere, & implicare conatur, facilè ac pul-
chrè expedient pij doctique ueteres, si ipsos, ut me-
rito debemus, audire uolumus. Isti nō religiose mi-
nus quàm sedulò obseruarunt formulas loquendi,
quibus uti solet Spiritus sanctus, in tradendis, trac-
tandisque huiusmodi mysterijs: & ex ea obseruatio-
ne (adhibita de qua ante egi fidei regula) cognoue-
runt, ipsi esse familiare, ut externam rem, interio-
ris rei nomine ornet, quod sibi cum semel persuas-
sent, intrepidè, & citra scrupulū in omnibus argu-
menti istius, locis, qui tale quiddam præ se ferebāt,
adhibebāt cōmodam, & conuenientē rei interpre-
tationem: nequaquam in uerbis superstitiosi, sed de
uera germanaque sententia solliciti. Id uerū esse
comperiet, & fatebitur, quisquis ipsorum moni-
menta cum iudicio, candore, atque pietate legere,
expendereq; studuerit.

Inter hos Maiores, uel Heshusio suffragatore,
facilè primas tenet Augustinus. Hic in sacramen-
tario isto negotio, ut alijs præcipuis Christiane do-
ctrinæ

Peculiare
dicendi ge-
nus in rela-
cramenta-
ria.

in libro
de
sacramentis
lib. 1.

CANON

*Trine partibus, admodum diligenter uersatus: ex
 diuturna illa & lectione, & obseruatione, cum res
 cōditam doctrinam sibi parasset: consiliatus atq; ro-
 gatus à Bonifacio (ut à doctis, & pijs uiris eum ro-
 gari solitum fuisse, abundè ipsius eruditissima mo-
 nimenta docent) ut nodum dissolueret ad Baptis-
 mum pertinentem: qui ipsi nonnihil difficultatis
 continere uidebatur: adhibuit solutionem, ex qua
 didici, atque petiui quem nunc exhibeo Canonem.
 Versabatur nodus in dicendi genere: quod cum ad-
 nim aduerteret Augustinus, collegit atque coniecit
 sit uarias loquendi formulas similes, in similis ar-
 gumenti genere: ex quibus demum hanc Regulam
 cōfiscit: & quasi legem fert. Si sacramēta quā-
 dam similitudinem earum rerum quarū
 sacramēta sunt, non haberēt, omnino sa-
 cramenta non essent. Ex hac autē simili-
 tudine plerunque etiam ipsarum rerum
 nomina accipiūt. Præclara profectò & erus-
 dita obseruatio: quam meritò dignā iudicauit Gra-
 tianus Canonum consarinator, ut in suam raps-
 odiam referret. Ea nos de duobus commonefacit.
 Prius est, de similitudine quæ est inter externum es-
 lementum, & rem spiritalem: unde illud sacramē-
 ti nomē accipit: quod obseruatione est dignissimum.
 Nam hinc primum discimus, sacramenti nomine
 ferè externam rem seu signū notari: & ab interna
 sua*

Regula Au-
 gustini in
 re sacramē-
 taria.

siue signata re, suo nimirum correlatiuo discerni. Id notasse plurimum profuerit, cum ad multa, tum ad recte & intelligendos, & interpretandos locos, quos quidam ex hoc ipso scriptore satis imperite cumulare, ac nobis obicere solent: præsertim ad tuendam incredulorum manducationem: contra scriptoris mentem, quam satis multis locis disertissimè expressit. etiam quid ipsi sit sacramento tenus, seu tantum in sacramento, hæc sententia clarissimè ostendit. Deinde ex similitudine illa quæ est, esseque debet, inter sacramentum, ac rem sacramenti, discimus, illud exhiberi nostris oculis instar imaginis, ut hanc nobis representet: & quasi aspectandam offerat. Id quod & confirmat, quæ à me prius exposita sunt, de consensu inter rem utramque: & nos admonet, peti multa posse à re externa, quæ faciunt ad internæ tum explicationem tum illustrationem. Posterius de quo nos illa Augustini regula commonefacit, ex priore fluit, uelut à suo fonte riuus: & omnino pertinet ad institutâ questionem: abundeque sufficeret ad dirimendam controuersiam: si aduersarios nacti essemus dociles, atque placabiles. Disertè pronunciat Augustinus ob eam quæ est inter sacramentum, & rem sacramenti similitudinem, fieri plerunque ut illud, huius nomen recipiat: hoc est fieri non naturæ, seu substantiæ, ut romanenses nugantur.

C A N O N

nugantur sed nominum μεταβολή. id quod etiam Theodoretus scribit. Experimur autē & in vulgi sermone (ut Augustinum etiam obseruasse, quæ adducit exempla docent) non in frequentes huius generis transnominaciones.

Hanc ego Augustini Regulam, in Examine libri Heshusiani, ut ad rem & institutum pertinentem, produxi: omninoq; sperabam eam locum, & auctoritatem consequuturam esse, apud eum qui hunc scriptorē adeo se magni facere, ut dignus esset scriptitaret: & tanto opere de ipsius patrocinio gloriaretur. Verū aliter multo quā speraram accidit. Me quidem multis cōuicijs, ut assolet, excipit: at Augustinum nihilo humanius tractat. Nam quem se amare fingit, & uenerari simulat, mirifice torquet. Certe uim ipsius uerbi infert maximā: id quod nunc demonstrare cogor: ut ab atrocis istius uiolentia, uindicem optimū sanctissimūque uirum. Vix profecto statuere possū, & aperte lo-

Refutatio
ineptiarum
Heshusij ra-
tionū, qui-
bus Augu-
stini Regu-
lam cōuel-
lere cona-
tur,

quar, utrum, suam inscitiam, an odiū in ueritatem clarius prodat Heshusius, dum hanc firmissimam Regulam conuellere frustra studet.

Principiō contendit Augustinum de Sacramentis in genere differere, eamque uocem latissime usurpare. Istud uerū esse agnosco. Sed quid inde infert? Ad hoc mysterium illā nequaquam pertinere, Egregius sanē ratiocinator, qui colligit quod

de genere dicitur, ad speciem non esse referendum: quasi in genere species non esset inclusa. Quid? Exemplum ab Augustino subiectum hunc doctorenter quaterque magnum incogitantie, quam mihi exprobat, euidenter conuincit: & silentium, si silere posset, ei imponeret. Audiamus quo exemplo optimus ille auctor, hanc suam regulam confirmet. Inter plurima, omnium primum est, S I C V T

S E C V N D V M Q V E N D A M M O D V M
S A C R A M E N T V M C O R P O R I S
C H R I S T I, C O R P V S C H R I S T I
E S T. Quò istud pertinet Heshusi? quo referes? Audebis ne nunc adhuc obstrepere eam regulam ad Cœnam Domini (quæ inter propria sacramenta merito censetur) immeritò accommodari? Legisti ne librum, inspexisti locum, consuluisti auctorem ipsum cum cogitares de responsione? Adducere non possum ut credam. Istud enim si fecisses, an non uidisses quod nunc tuis oculis obijcio? si uidisses, an non te pudor cohibuisset ne quod ex tuo scripto produxi, effutires?

Verum ne hoc quidem satis esse putasti, nisi etiam conareris ostendere, Augustini Regulam claudicare & labare: ut tu quidem ais. Negas autem in omnibus sacramentis eam habere locum, & exceptionis loco producis Baptismum: statimque subijcis, cautius locutum fuisse Augustinum, qui adiecit

H ceritò

C A N O N

cerit, plerunque. Si quid iudico, tibi idem dixisse
 uidetur hac uocula ac si scripsisset, in quibusdā, at
 non in omnibus. Tu enim addis, inde constare non
 legem generalē ipsum ferre. Atqui aliam esse istius
 particule plerunq; notationē, nō ignoras credo:
 & nobis significare quod Græcis ὁσὶ πῖ τοῦ πᾶσων
 nisi fallor, scis. Nō ergo Augustini cautio eo spectat
 ut excipiat & excludat ab ea lege sacramēta quæ
 dam: sed ut indicet, id perpetuò non fieri. Neq; enim
 semper panis dominicæ Cæne, corpus nominatū
 tur Christi (atq; inde tu etiam petere soles argumē
 tum, ad cōmentum transsubstantiationis refutandū)
 at id plerunq; usuuenit. quod significauit nō obscu
 re Augustinus producto ut audisti (nisi & surdus
 cæcus es, Tilemane) exemplo de sacramento cor
 poris Christi. Cum ergo mysterium istud excipere
 conaris, te ipsum magis quā alium ullum cōtumelia
 afficis. Certè præposterum tuum iudicium palam
 prodis. Cæterum quam Bonifacio Regulā tradidit
 August. cōfirmat atq; illustrat, quæ idē auctor
 scribit nō pie minus q̄ doctē, de uerò usu signorum,
 & his à rebus signatis aptē distinguēdis. facit quidē
 huius rei, ad uerā pietatē omnino necessariæ, men
 tionē plerisq; in libris: sed in primis in ijs quos in
 scripsit de Doctr. Chr. nominatim autē lib. 3. ca. 5.
 Signa (inquit) pro rebus accipere est mise
 rabiliū seruitutis. Rursum ca. 9. Ut literā se
 qui

qui, & signa pro rebus quæ his significā- Duo præci-
 tur accipere, seruilis infirmitatis est: ita pitia in si-
 inutiliter signa interpretari, malè vagā- gnorum cō-
 tis erroris est. *stud uiri doctissimi pariter ac piē sideratione*
uissimi iudiciū, eos qui religiosè atq; tutò in literariū cauenda.
 sacrarū lectione atq; interpretatione uersari cu-
 piunt: cōmouere excitareq; debet, ut à præcipitijs
 duobus sibi caueāt: eaq; uelut Scyllam & Charyb-
 dim fugiāt. Alterū est, signorum inutilis interpre-
 tatio (qualis est eorū qui sacramēta pro nudis pro-
 fessionis Christianæ notis accipiūt) alterū signorū
 pro rebus perniciosa usurpatio. qua in re euidentissi-
 me peccāt, qui in loquendi formis, quibus signū, si-
 gnate rei nomine ornatur, literā (ut Augustinus ap-
 pellat) sequuntur atq; urgent. Porro Spiritū S. ista
 locutionis forma certò consilio usum fuisse, qui cō-
 siderare attētius uolent, facile cognoscēt. Profectò,
 cum in omnibus quæ per Prophetas & Apostolos
 sunt tradita, nostri in primis rationem habuit: tū in
 hac mysteriorum, ad nostrā salutē maximè pertinē-
 tiū, tractatione. Quare hac in parte, ut cæteris, ser-
 monē rebus, nostróq; captui ipsum attēperasse, quis
 quis pius est, minimè dubitabit. Ostēsum est autē sa-
 tis, ut opinor, Deū, nos docere suā uolūtate, ut uoce
 uia, ita etiā uisibilibus istis signis: & his quidē ali-
 quātò familiarius atq; efficacius, quā per illā: unde
 uidēter conficitur, symbola quæ mysterijs istis ad-
 hibentur.

CANON

hibetur, minimè esse signa inania, aut uacuas laruas
 (ut in tragœdijs produci solent) uerùm efficaces esse
 tesseras, quæ, quas representant res, offerunt etiam,
 & suo quodam modo habent coniunctas: id
 est peculiari & ipsis cõuenienti. Sed enim cum in-
 ter pios omnes conueniat, coniunctionem eam mini-
 mè naturalem esse, sed rationis alterius: fateri o-
 portet eam minimè notatam esse Christi illa ora-
 tione. At qui prorsus notaretur, si recepto usu EST,
 ἕνωσις copularet quæ Dialectici uocant ἕνω-
 σις καὶ κένωσις. Vehementer sanè mi-
 seror, fateri aduersariũ meũ, naturas duas in Chris-
 to, unitione hypostatica (sic enim hodie loquimur)
 coniunctas (hoc est artissimo, indissolubili que uita-
 culo) de sese non prædicari citra figuram: hæc uerò,
 quæ sacramentali unione, ut ipse etiam nominat,
 unita sunt, sic copulata esse pertinaciter contende-
 re, ut alterum de altero simpliciter, & ut expres-
 sissimè loquar, naturaliter dicatur. Interea etiam
 scribit in usu tantum esse hanc unitionem, unde cõ-
 ficitur solubilem esse, nec extra usum eam durare.
 Mirari etiam satis non possum, inueniri, qui ea in-
 re, in qua explicanda, dicendi genere figurato, us-
 sum sæpè esse Spiritum sanctum cernimus (quod
 ipsa res, & nostra ruditas flagitabat) adeò urgeant
 ἕνωσις, nouo quodam titulo articuli fidei (constat
 enim in symbolo minimè exprimi disertè sacramen-
 ta)

ta) *et* interea cum est sermo de Christi humanitate, quam multorum articulorum ad nostram salutem in primis pertinentium, fontem atque fundamentum esse constat: *et* quæ, si quid aliud, simplici atque proprio sermone expressa fuit: nullum figurarum genus non admittere: imo nouas, inauditas, peregrinas fingere: denique ea in re in qua est protra *et* pupis humane salutis, sibi quiduis permittere. Id ne sit literas sacras religiose interpretari (quod isti facere, omnium maxime uideri uolunt) iudicium penes candidos lectores esto.

CANON

QVINTVS.

INTERPRETATIO ea in primis probanda amplectendaq; est, quam familiarium locorū collatio approbat, confirmat, atque illustrat.

HANC Regulam primum fulcit, quæ omnium sanorū iudicio ueritati propria est consensio: ut est contra falsitatis familiaris dissensio. Deinde confirmatur peruulgato illo dicto, De similibus idem iudicium: à quo minime est alienum, quod etiam

CANON

in prouerbium abiit, eadem de eisdem. Verum pe-
tenda sunt paulò altius fundamenta: & ex nostris
scriptoribus sunt firmitiora quædam repetenda.

De interpretatione literarum sacrarum quoties
faciunt mentionem, docti ueteres (faciunt autem
per sepe, idq; nõ immeritò) in primis commonefaci-
ciunt, obscura, ambigua, difficiliq; loca per aperta
certa, faciliq; esse exponenda. Hæc cõmonefac-
tionem cum apud multos, tum apud Augustinum, idq;
non semel legimus. Conquesti sunt olim multi, &
hodie conqueruntur non pauci, de Prophetico-
Apostolicorumque scriptorum obscuritate pariter
ac difficultate: & eo titulo alij impietatem suam,
alij ignauiam, tegere defendereque conantur. Res
quàm id faciunt meritò, clarissimè demon-
strant quæ idem auctor optimus Augustinus, de
admirando ea in re Dei consilio, cum multis in lo-
cis, tum lib. 2. de Doctr. Christ. cap. 6. tradit. Hi
nequaquam dubitat pronuciare, diuinitus esse
prouisum, ut dicta quædam densissima caligine obs-
ducerentur: partim ad domandam labore supera-
biam: partim ad reuocandum à fastidio intelleca-
tum: cui facile inuestigata plerunque uilescunt. At
quæ aliqua cum difficultate quærantur, multo
gratius inueniri scitè iudicat. Demum addit quod
est obseruatione dignissimum. Qui prorsus non
inueniunt quod quærant, fame laborant,
qui

descrip. sac.
obscuritate
immeritò
cõquerun-
tur pleriq;.

qui autem non quærunt, quia in prom- Loca in
scrip. sacr.
alia aperta,
alia obscu-
ra.
ptu habent, fastidio sæpe marcescunt: in
utroque autem langor cauendus est. Ma-
gnificè igitur & salubriter Spiritus san-
ctus ita scripturas sanctas modificauit,
vt locis apertioribus fami occurreret,
obscurioribus autem fastidia deterge-
res. Nihil enim ferè de illis obscuritati-
bus eruitur, quod non planissimè dic-
tum alibi reperiatur. Hunc locum ex optimo
scriptore hic totum adscribere placuit, non solum
quia mihi uisus est accommodatissimus excitan-
dis, acuendisque ingenijs minimè malis, ad sacra-
rum literarum sedulam lectionem, diligensque stu-
dium: uerumetiam quia quod nostri est instituti
clarissimè demonstrat, nempe quomodo obscu-
ri difficilisque loci, uera ac germana sententia sit
ex apertis minimèque dubijs petenda atque hau-
rienda. Eius piæ tum prudentiæ, tum diligentia
exemplum si quis requirat comperiet, longè pul-
cherrimum apud Theodoretum. Nam inter nu-
merosam illam antecessorum suorum turbam
quam producere solet, reperire licebit non u-
num qui in illo Iohannis loco explicando, VER-
BYM CARO FACTVM EST (quem
Eranistes urget secundum literam, quod dicitur,
& ut impiam heresim tueatur prorsus corrumpit)

CANON

quomodo accipienda sit pars postrema ex locis
2. Cor. 5. factus est peccatum, & Gal. 3. factus
est maledictum, pulchrè ac diligenter demonstrat
& contradicentem falsi conuincunt.

Superest ut nos quoque sanctissimorum patrum
sedulam pietatem imitemur, in eo de quo nunc ag-
gitur excutiendo atque interpretando loco. Et si
illa Christi uerba quæ in controuersia uersauerunt,
facilia, aperta, minimeque obscura esse fatear: ipsa
tamen adeò acris contentio luculenter testificatur
quibusdam ingenijs obscura difficiliæque esse: usque
in primis qui ea clarissima esse clamitant. At uerò
certum est, obscuritatem non tam in uerbis ipsis
residere, quàm in disceptantium animis: quorum
pars maxima præiudiciorum, peruiaciæ, ^{phidæ} ^{phidæ}
nubeculis, potius quàm ignorationis caligine,
prohibetur: ne ueram sententiã, minimeq; obscuram
& cernat, & amet. Ut ut res habeat, satis cõ-
stat, tutissimam compendiosissimãque uiam, uer-
ræ atque certæ interpretationis consequendæ, hæc
esse: ut consulantur, & cum hac conferantur, uer-
borum formæ aliæ, quæ similis sunt argumenti. Et
hæ quidem maximè conferantur: quæ adeò claræ,
adeoque euidentes sunt, ut contradicere, nisi qui
deploratæ sit peruiaciæ, non possit.

Porrò ab initio huius infauitissimæ contenti-
onis, uiri quidam docti, conieffere magnam simi-
lium

luum locorum copiam, quo istius interpretationem
 ueram ostenderent, atque confirmarent: ex istis si
 hodie unum, aut alterum producamus, mox excla-
 mat aduersarius, & exprobrat: ex aliorum fonti-
 bus, aut (ut ipsi pro sua modestia loqui placet) sor-
 didis lacunis, nos haurire quod ei apponimus, &
 opponimus: nihilque uel nouum uel à nobis pro-
 sectum sibi offerri queritur. quare nostra omnia
 præ fastidio ferre non potest, delicatus ac moro-
 sus stomachus. Igitur ut isti satisfaciam, si tamen
 possum, omisis non metaphoris solum atque alle-
 gorijs, uerum etiam loquendi formis, quibus utun-
 tur literæ sacræ cum de signis in genere, uel um-
 bris atque typis agitur: me recipiam ad eas locu-
 tionum formas, quas usurpant in tractâdis ijs, quæ
 uerè proprièq; sacramenta nominantur: quæq; sunt
 eiusdem ordinis cuius est id de quo inter nos est cõ-
 trouersia. Neque etiam in hac re, libertate tanta,
 quantum mihi meus aduersarius permittit: uti uo-
 lo. Quas tradimus in hoc genere regulas, is E. P. 8.
 petit, ut muniamus præsidio petito à Sacramentis
 Veteris Nouique testamenti, Circumcisione, Agno-
 piscali, Baptismo. Mihi perplacet conditio. Quam
 sunt in illis duobus prioribus Ecclesiæ Iudaicæ sa-
 cramentis, dicendi formæ, clarissimæ: & per om-
 nia consentientes nostræ interpretationi: satis in-
 telligunt, quibus ista scribimus, candidi lectores:
tamen

C A N O N

tamen ut omnem aduersario calumniandi, cautela
 di, tergiuersandi (ut assolet cum se premi sentit)
 præscindam occasionem, me intra fines sacramen-
 torum Noui testamenti cominebo. Et enim talis
 collatio, longè aptior atque certior, quam illa (quæ
 meo aduersario mirificè placet, ut alijs quibusdam)
 orationis, Columba est spiritus sanctus, aut ignis
 cum ea de qua nunc quærimus. Conuenit inter Ve-
 teres atque recentiores scriptores pios, Ecclesia
 Noui testamenti sacramenta genuina ac germana
 esse, Baptismum & Coenam Domini. Vtrunq; ha-
 bet Christum auctorem. Vtrunque in literis Apo-
 stolicis disertè descriptum, & ex æquo ab auctore
 uerbis claris mandatū extat. Aut ergo nulla sunt,
 quæ inter se conferri queant, aut hæc sunt. Vnde
 conficitur firmissimum esse argumentum quod dis-
 citur ab analogia quæ inter utrunq; est longè pu-
 cherrima, & euidentissima. Erit autem aduer-
 sus Heshusium tantò efficacius, quantò audet con-
 fidentius negare in Baptismi descriptione sacra-
 mentalem, quam uocamus, locutionem reperiri.
 Nam Augustini quam adduxi regulam infirma-
 turus, id exceptionis nomine profert. Igitur si
 euidenter demonstraueo, quod spero, in Baptis-
 mo, elementum siue externum signum, nempe aquam,
 ornari nomine rei cælestis, hoc est effectus
 Spiritus sancti. (quod Heshusius pernegat) firmum

ma manebit Augustini regula in re sacramenta-
ria: & quam defendo in Christi uerbis interpre-
tandis *διὰ τὴν ἀνάγκην* sequenda erit, exploso Aduersarij
v̄i p̄t̄s.

Principio quod negat Heshusius se legisse, aqua,
que Baptismi sacramentum siue symbolum est, or-
natam esse sanguinis Christi, aut efficaciae spiritus
titulis: quis non intelligit minimè sufficiens esse ar-
gumentum ad excludendum in totum à Baptismo
hoc locutionis genus? Potuit enim legisse, sed non
meminisse. potuit etiam quod hic non legit, legisse
alius, imò ipse legere potuit, & nō intelligere: quod
perinde est, ac si non legisset. Equidem Christum,
legimus suum corpus (sub carnis: quæ idem eò loci
notat, appellatione) panis nomine, significasse pri-
usquā panem (sacramētum Cœnæ instituens) cor-
pus nominaret: uocabulorum cōmutatione utēs (sic
enim scribit Theod. *Αἰαδ. α. ἰωάν. α. ἰὰ δύο μ. α.*) quo
facilius induceret in nostros animos quæ essent suæ
carnis affecta. Quod si Heshusius nō meminuit se le-
gere Aquā, Spiritus nomine fuisse insignitā: legit tñ
procul dubio, & meminit, credo, Spiritum. S. Aquæ
uocabulo fuisse significatū. Id quod pximè accedit,
ad ea quæ modò de pane & corpore cōmemorauī.
Verum donemus hanc considerationem (quæ certè
grauissima est, & ad rē maximè pertinens) parum
aut nihil etiam, si ita placet, nostram causam iuua-

In sacramē
to baptimi,
sacramēta-
lis locutio
locum ha-
bet.

Iohan. 6.

Iohan. 7:

re:

CANON

re, quæ alibi de isto mysterio disertè dicta ac scripta legimus, penitus inspiciamus, ac diligentius excutiamus. Profectò constat (quod alibi monui) Apostolos, Baptismi quàm Cœnæ Domini frequentius meminisse. Ex multis qui apud Paulum extant locis: deligam, ut apprimè illustrem, cum qui est in epistola quem ad Titum scripsit: cuius uerba ista sunt. Seruauit nos (Deus) per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti. Principiò nemo est tam artium dicendi imperitus, qui nesciat orationis istius partem postremam, ita resolui exponique & posse, & debere: ut intelligatur uerbum **EST**: fiatque categorica propositio (ut Dialecticorum uocabulis utar) cuius subiectum sit. **LAVACRUM** & prædicati locum obtineat **REGENERATIO ET RENOVATIO SPIRITVS SANCTI**. Has autem uoces, Spiritus Sancti effectiones notasse, non inficiabitur, credo, etiam Heshusius (quæquam quid iste inficietur, mihi non est admodum curæ) quandoquidem apparet Christi Apostolorum uerbis istis, propriissimè designasse rem sacramenti istius cælestem. Etsi enim huius lauacri cõsecrationem (quam uocant) auctoris Christi uerba, in Patris, Filij, & Spiritus sancti nomine fieri præcipiant: esse tamen hoc regenerationis atque renouationis sacramentum, notius est, quàm ut ab ullo

Matt. 28.

mentis sanæ negari possit. Estq; consecratiuam no-
tari istis uocibus, quod Spiritus sanctus efficit, ac
præstat ijs qui rite Christo initiantur. Hoc totum,
inter alia euidenter demonstrat, disputatio à Chri-
sto cum Nicodemo legis doctore, ista de re, habita. Iohan. 3.

Quid? Nemo non uidet, hoc sacramentum esse in-
stitutum atque destinatum, pingendæ, exprimendæ,
ac suo modo præstandæ, secundæ seu nouæ ge-
nerationi: hoc est cælesti atque spiritali: de qua sa-
tis multa passim leguntur. Hanc esse istius myste-
rij propriam differetiam, & quam specificam uo-
cant, nemo præditus iudicio aliquo inficiabitur.
Profectò hoc nomine in primis à Cœna Domini
(quam uitæ iam acceptæ, & alendæ, & conser-
uandæ destinata esse apparet) distingui uidebi-
mus, si oculos admouere uoluerimus.

Nunc superest consideremus quid nomine LA-
VACRI significet Apostolus. Primum eam ap-
pellationem esse ab elemento, & sacramenti istius
peculiaris ceremonia petitam, iudico: idemq; iudi-
care arbitror omnes rerum istarum minime ru-
des. Quod ut dicam, & asseram, non nulla moueor
ratione. Id enim analogia Cœnæ Dominicæ (ut in-
ter sese hæc utrinque conferamus) perspicuum fa-
ciet. Certè Cœnæ ac Mensæ appellationes (quibus
uitur Apostolus noster) ab externo ritu sumptas
esse omnino apparet, Est enim antea satis superq;
ostensum

1-Cor. 10.
& 11.

C A N O N

ostensum, diuino consilio in hisce mysteriis con-
iuncta fuisse generis utriusque signa, nimirum uer-
ba & aspectabilia elementa: inter quæ summus,
pulcherrimusque est consensus. Deinde externis et
lementis uelut picturis, atque imaginibus exprimi
rem caelestem, seu Spiritus sancti effectiorem (quæ
Christi merito credentibus obtingit) nemini pio est
dubium. Demum rerum istarum duarum iunctione

In sacramē
to duplex
est & Met-
sa, & Cœna.

LUC. 22.

quadam mystica, mysterium totum constare, in-
ter omnes conuenit. Ergo duplicem in Cœna Do-
mini, & Mensam & Cœnam agnoscere debemus.
Qua de re Christus ipse non obscure Apostolos
suos commonefecit, cum istud institueret myster-
rium. Siquidem caelestis mensæ nominatim mentio-
nem iniecit, inter alia multa. Quo respexisse puto
Nicenum Canonem *ὅτι αὐτὸν ἰσχυρῶς τῆς πίστεως*, ut dis-
tinguamus monens. Cogitare quoque nos deest
cibum & potum duplicem terrenum nempe &
caelestem, quo sine, inane exhiberetur spectacu-
lum. Vt hoc quoque in Baptismo cogitemus, & ge-
mina omnia esse sentiamus, analogia monet: nimi-
rum ut aquam & abluionem interiorem concis-
piamus, & intelligamus, adeoque credamus, sicut
externam cernimus: hoc est animam, æque atque
corpus abluuii constituamus. Iam autem licet in
Cœna caelestis cibus atq; potus primas partes mys-
terio obtinere, & sentiamus, & dicamus: uidentur
tamen

tamen Paulum cum ista de re differit, ut plurimum
 uocibus uti, quibus externae ceremoniae notantur:
 & quae corpori magis quam animae conueniunt. Id
 insidari si audeat Tilemanus, ipsum arguet Apo-
 stoli lectio. Cum rem ita habere constet, eandem
 nos rationem in Baptismo sequi debere nunquid est
 non consentaneum modò, sed etiam consuetaneum?
 Cur igitur lauacri nomine externum signum desi-
 gnasse Apostolum negabimus?

Quod si Aduersarius meus excipiat, Paulum
 eum sic loquutus est de Coena differens, nequaquam
 considerasse, atque designare uoluisse, nuda ac so-
 la externa symbola: id ego peraequè atque ipse ue-
 nim esse agnosco, & constanter affirmo. id quod
 me & fuit, & clarè exposuisse arbitror, cum in
 Philippi defensione eum Apostoli locum excuterè.
 Neque enim is simpliciter Panem appellat, sed
 quem frangimus adiecit: & cum poculum no-
 minat, addit benedictionis: ut nimirum ce-
 remoniam in memoriam reuocando, simul etiam
 & mysterij admoneat. Rem se similiter habere
 in Baptismo ego & sentio, & fateor: neque quen-
 quam qui sapiat reclamaturum esse confido. Ve-
 rum ista de re nunc non queritur. queritur tan-
 tum quam praecipuè mysterij pertem respiciat &
 designet: à quaue petitum sit uocabulum illud I. A.
 B. C. E. Y. M. Agimus sciam nunc de interpretandi
 ratione

CANON

ratione: ideo uim uocabulorum, & proprietatem
 inuestigo, atque excutio: ut demum de sensu certi
 aliquid constitui queat. Afferro, & defendo, Apo-
 stolum simili genere dicendi usum esse, cum Panem
 qui frangitur in Christiano cœtu, ad mortis Christi
 ἀνάμνησιν, corporis Christi κοινῶν, appellat: &
 cum aquæ asperisionem, quæ fit iuxta Christi insti-
 tutionem, titulo regenerationis atque renouatio-
 nis Spiritus sancti, ornat. In utraque interpretanda
 sequenda est διάφορα, in neutra τὸ εὐτὸν est urgens
 dum, aut retinendum: nisi dictorum Apostolicorum
 non interpretes, sed corruptores esse uolumus. Co-
 rationis autem Christi, & Apostoli cum Panem
 κοινῶν τῶ σῶματος nominat similis est structura:
 & ad idem dicendi genus pertinet: ut meus etiam
 aduersarius clarè profitetur. Quid ergo sequitur?
 In hisce omnibus locū habere quod præscribit Au-
 gustinus de sacramentalibus locutionibus: & esse
 firmam atque inuiolatam quam tradidit Regulam.
 Apparet enim istarum omnium orationum sub-
 iecta res terrenas, prædicata uerò cælestes notare.
 Atqui istæ ab illis longissimè distant κατὰ φύσιν ut
 Theodoretus ait: & substantiarū sunt dissimilimas
 rum. affinitatē tamen habēt, imò cognationem, at-
 que adeo coniunctionem mysterij ratione. Ut ergo
 substantia, quidem, diuersa, mysterio uerò unius
 sunt: ita coniunguntur, uel ut Dialecticorum mo-
 re lo-

re loquar, copulantur, per uerbum EST non ἵνα Theodor.
 κηκῶσ sed κηκῶσ acceptum. *διαλ.α.*

Quod si Heshusius cauillari pro suo more tenet: ac negare audeat LAVACRI uocabulo externum signum, & ablutionem quæ aqua fit notari: uelitque ad interiorem lotionem, hoc est peccatorum remissionem referre: & de eodem idem dici, affirmare conetur, os ipsi obturabit. Paulus ipse: & falsi reum peraget. Nā ad Ephesios scribens, & de hoc ipso mysterio breuiter quidem suo more: sed eleganter ac scitè differens, nominatim Aquæ lauacrum nominat, seipsum interpretans: ac nullum tergiuersationi locum relinquens. Quotamen interpretamento nequaquam magicam aliquam incantationem, aut opus quod operatum appellari solet stabiliri arbitror: Sed Apostolus singulari quodam consilio, instrumento Spiritus sancti, eum tribuit honorem: ne quis contemptui habendum esse existimet: minimeque ociosum esse inuit, nequis ut inutile, reijciendum, aut negligendum esse arbitretur. Ea etenim considerare assolet (ut aliàs à me dictum demonstratumque fuit) non ut nuda elementa: sed in usu legitimo, ad quem diuinitus sunt destinata. Hoc ipsorum officium augustissimum dum conemplatur, cohonestat ea titulis rerum diuinarum, ornâtque rei præstantioris tegumento, ne uilescant; & nobis, quæ nostra

Quare si
 gua, rerum
 signatarum
 nominibus
 ornentur.

Cap 5.

CANON

est *Phaulsia* atque *adaesona*, contemptui sunt. Nec dubito ascribere diuino consilio, quod in hisce mysterijs tradendis uocabula rerum duarum diuersissimarum quibus ea constant, cōiungantur: & alterū de altero dicatur. Etenim cū nominibus pro rebus differendo utamur, ut ait ille, ista orationis forma, qua uoces rerum adeo dissimilium iunguntur, admonemur unionis partis utriusque in sacramento constituendo: ut eas meminerimus animo, hoc est uera firmamq; fide coniungere, sicut oratione copulari corporis aures percipiunt. Equidem elementi uox primum auribus occurrit: ut externum illud solum in oculos statim incurrit: quod discamus nō aspernari res humiles quidē illas: & corruptioni suapte natura obnoxias, at Dei ordinatione, in hūc usum nostræ salutis causa destinatas: & ad dignitatē singularem præ alijs, ordinis alioqui, si naturam spectemus, eiusdē, euectas. Quæ ratio atq; consideratio somnium, & errorem eorum quos Enthusiastas nomināt, refutat ac dānat: ut superbæ cuiusdam audaciæ, ne quid dicam acerbius, certissimum indicium. Accedit deinde rei celestis uocabulum, eoque externum signum ornatur: ut de ista (quæ sacramento quædam anima est ac uita) cōmonefacti, eam fide amplectamur, animo uersemus, inq; elemento quasi cernamus, & quodammodo contemplemur; denique ipsius uim & effectum

Theodor.
Dial. 6.

tionem inde uelut discamus. Nam per hæc, ut dictum est, nos etiam docet Spiritus sanctus, si modo ad descendum compositi, comparatique simus. Ea rei cælestis appellatio, rei terrenæ tributa, nos monet ne in hac externa effigie hæreamus: ne præter modum eam admiremur: ut qui ad eius conspectum (quod mysteriorum rudes & imperiti facere solent) obstupescunt, ac tatum non pro Deo & habent & adorant. Spiritus sancti, hoc fuit cõsiliu, ut & in terrena imagine, cælestem uirtutem (sic enim locuti sunt plerique ueterum) quodammodo aspiciens fides nostra adhuc imbecillis, adiuuetur, fulciatur, recreetur ac crescat. Istius diuini consilij ignoratio, impie superstitionis, siue superstitione impietatis parens est, quæ & *ἡ ἀνομία καὶ ἡ ἀσεβεία*, ac multiplicem impietatem istis monstris cõiunctam, haud dubie primum peperit: ac deinde scissim in Ecclesiam inuexit: nunc demum impudenter magis an peruicaciter nescio, certè non impudenter minus quàm audacter asserit, ac defendit. Cæterum quo dicendi genere Paulum uisum esse in illa de Baptismo oratione, clarè nisi uehementer fallor, docui: eodem etiam ipsum uti ad Romanos capite 6. & Galat. 3. nullo negotio demonstrari posset. Euidenter sane Baptismum nominat sepulturam cum Christo, & Christi induitionem (ut sic dicam) rem signantem, signatæ

CANON

rei nomine adornans. Neque dissimili forma Ananias cum ipsum Apostolum (ut Lucas Act. 22. refert) cohortatus est ut Baptismo sua peccata delueret. Cum ergo constet summam esse & similitudinem & consensionem Baptismo cum Cœna Domini: & confessione mei aduersarij obtineam, si ostensum fuerit Augustini regulam de transnominacione in sacramentis, in Baptismo locum habere, in Cœna quoque Domini habere debere: colligo in ea, Sacramentum (nempe panem ac uinum) rei sacramenti (nimirum corporis & sanguinis Christi) nomina accipere: & sicut idem scriptor Regule exemplum subiiciens, asseuerat, Sacramentum corporis Christi (panis scilicet) secundum quendam modum, hoc est non naturali, communi ac consueto: sed certo, & diuinis sacramentis conuenienti modo, esse dicique Christi corpus.

Haecenus Canones, non inutiles, si quid iudicatum ad expediendam controuersiam quæ hodie in primis exercet Ecclesiam Christi, tum ad alias eiusdem generis dijudicandas. Poterit enim quibus non omnino rudis literarum, & doctrina pietatis utcunque institutus & imbutus, eos ad alterius argumenti controuersias transferre, & accommodare. Plures si rē postulare existimassem, ascripsissem. non enim desunt: sed putauit hos sufficere: partim quod ij mihi uideantur rem non tantum ita
 pateo

patefacere, ut lucem ampliorem minimè postulet:
 sed etiam sic confirmare, ut dubitationi nullum lo-
 cum relinquāt: partim etiam quia res ista, hac æ-
 tate est sic sursum atque deorsum uersata: ut uix
 cogitari possit, quod non sepe dictum scriptumque
 sit. Id quod me mouit ut consultò præterirem, cum
 alia multa argumenta, tum formam orationis qua
 usus est Christus dum poculum porrigeret: in qua
 non una figuræ species apparet: quod fateri co-
 guntur, qui mentem, cum pudore non prorsus a-
 misere. Quàm autè sit rationi consentiens, ut quod
 in una symboli parte, locum habere cognoscitur,
 in alia quoque habere credatur: quisquis rationis
 scintillam habet, iudicare ualet. Non enim est ne-
 cesse artificiosus, aut neruosus argumentis commo-
 strare, quod per se apparet. Ex istis autem quæ
 adduxi minimè magni laboris aut negotij fuerit Sententiæ
 cognoscere, quænam sint nostræ sententiæ funda- huius fun-
 menta, et principia: an ex rationis humanæ scate- damenta.
 bra, aut Philosophorum schola sit ducta (ut calum-
 niantur, uel saltem cauillantur quidam: quò ueri-
 tatem, quam ipsi ferre nedum recipere possunt,
 alijs odiosam reddāt) an uerò sit ex fontibus Israe-
 lis hausta. sic enim illi ipsi loquuntur dum suum
 commentum, pro diuino dogmate commēdare
 omnibus persuadere conantur.
 Et si uerò quæ exposui ad eò firma esse credam,

CANON QUINTVS.

ut alio fulcimento minimè egere arbitrer: adeo-
 que clara, ut lucem nullam requirant: tamen ad-
 dere adhuc pauca uolui: partim ut consulam riu-
 dioribus, qui que alieno errant errore: uerum se
 dociles præbent: partim ut omnem adimam per-
 uicacibus caulladi tergiuersandique occasionem.
 Illi, quia ferè non ita magno præditi sunt iudicio:
 ab alieno pendere solent: & multitudinem pluri-
 mum mouentur: cognoscent, uti spero, nos testibus
 minimè destitui: & si quid ualet humana auctori-
 tas, ad eos, secundum diuinam, mouendos: ipso-
 permotum iri confido. Isti qui in caullis ne dis-
 cam calumnijs magisquam firmis argumentis, &
 solidis probationibus, fiduciam uictorie (de qua
 mire anxij sunt) ponunt: uidebunt (si tamen oculis
 ipsis aperire libet) se omni iusta tergiuersandi opor-
 ta esse destitutos. In eum finem pauca que-
 dam adijcere uolui de consensu, in ea re

quam nunc defendimus, Antiquitatis,
 Confessionis Augustanæ fors
 mulae & aduersarij
 scriptorum.

* * *

CONS

CONSENSVS

PIAE DOCTAEQVE

ANTIQUITATIS.

†



VAE fuerit piadoctaeq; antiquitatis
 ista de re sententia, arbitror ijs quibus
 inest nonnihil iudicij, iam satis constare
 re ex superioribus Canonibus: in quibus
 apparet me praecentium illorum Maiorum ue-
 stigia esse secutum. imò uident ferè nihil esse, quod
 ab ipsorum fontibus, & praesertim optimi inter re-
 liquos interpretis Augustini, non sit haustum. Eos
 tamen quibus ista nondum satisfaciunt, moneo, ut
 attentè legant atque considerent uarias quibus usi
 sunt illi in explicandis uerbis istis uoces: quae &
 à multis diligenter ac fideliter, & à me quoque
 alibi collectae sunt. Alius enim Sacramentum cor-
 poris, id est panem, appellauit, figuram, alius
 signum, alius SYMBOLUM, alius ty-
 pum, antitypum alius. Usurparunt etiam
 uerba nonnunquam quibus idem atque nomina-
 bus istis expresserunt. Alius Verbum significat,
 alius repraesentat, alius ostendit sine scrupulo
 usurpauit. Quam re considerandus pri-
 mum est, inter Graecos atque Latinos consensus.

I iij Deinde

APPENDIX.

In Patribus
varietas est
sine dissen-
sione.

Deinde obseruanda est uarietas, tam in nominibus, quam in uerbis, quibus liberè usi sint ad exprimentandam, in quam consentiebant, eandem sententiam. Hoc qui considerare, ut par est, uolent, facile cognoscent quæ sit uanitas aduersarij mei, rapientis talem uocum aut formularum diuersitatem ad disensionis *ἀπόδειξις*: quasi dissenso non ex sententiarum, sed ex uocum diuersitate *ἐπισημα* manda sit: aut eandem sententiam, uarijs loquendi formis exponere, aliquid uetet: aut mutare uerba si libet, non liceat, modò sensus non uioletur.

Ad hanc quoque ueterum nobiscum consensionem comprobãdam, facit quod legimus passim ipsos tribuere Christi corpori, quod de solo pane propriè dici, intelligique posse, ne ipsi quidem aduersarij inficiari auderent. qualia illa sunt quæ nominatim apud Chrysostomum & Ambrosium legitur, uideri, tangi, dentibus premi ac similia. Unde apparet receptam fuisse apud omnes tũ Græcos tum Latinos, quam diximus nominum permutationem: & uelut proprietatum communicationem quandam, in hac sicut in alijs unitionibus: quod à me alibi nõ aperte minus quam fuscè est demonstratum. Quod uerò quidam iudicant, scribere reque audent: pios eruditòsq; Patres, tum inter se, tũ abs seipsis in hac re dissentire: id ego partim incogitantia, partim præiudicijs ascribendum esse existimo.

existimo. Nā si prudenter primū animaduertent, seduloq; obseruarent, quæ legitima, quæ nota illorum scripta sint: deinde considerarent genus illud dicendi, quo Christum usum fuisse docuimus, ipsis fuisse familiare: nūquam in animos suos induxisset, ut de uiris bonis, deque Ecclesia optimè meritis, tā male sentirent & loquere uir. Et nisi anticipata opinio, ipsorū animos occuparet, mensisq; oculos perstringeret: nulla ipsis in Patrum scriptis appareret dissensio. Verū si ita affectis, tale quiddam uidetur, in istorū libris, quid mirum? Annon olim Iuliano Porphyrio, ac similibus uiris, eruditissimis illis quidem, & acri iudicio præditis, sed religionis Christianæ odio laborantibus: idem uisum est in Prophetis Apostolicisque scriptis: in quibus tamen summam esse consensionem, & admirabilem concordiam uident, qui sana, integræque sunt mente? Dent ergo isti operā ut uisum recipiant: & purgatis animis piorum Patrum monumenta legant. Id ubi fecerint, non dubito ipsos iudicium mutaturos esse.

CONFIRMATIO EX
FORMULA AVGVSTANÆ
Confessionis.

QUIA aduersarius cum animaduertit sibi
presidij nihil superesse in literis Prophetis
cis

APPENDIX.

eis atque Apostolicis, aut pia doctaque uetustate
 se ad formulam Augustanæ confessionis uelut ad
 extremū asylum, recipere solet: & hinc tela quæ
 dam quibus nos impetat, petere assolet: paucis ista
 quoque de re agere constitui: atque euidenter de
 monstrare, nihil esse causæ cur se eò recipiat, unde
 nihil plus auxilij uel debeat, uel possit expectare,
 quam à prioribus illis præsidijs. Et principio quæ
 dem optarim omnes qui Augustanæ confessioni
 sunt addicti cogitare quam de ea, eiusque auctori-
 bus & assertoribus, malè mereatur Heshusius
 cum ab ea defensionem petit: & sub ipsius titulo
 tueri conatur, quod à literis sacris est alienum,
 quod consensu ueteris Ecclesiæ est damnatum, de-
 niq; quod cum ipsa cōfessionis formula pugnat: id
 quod uti spero, paucis, breuibus, ac perspicuis ra-
 tionibus demonstrabo. Et primum quidē Articulus
 decimus, qui de Cœna Domini est inscriptus,
 & ἄρτον in Christi uerbis minimè esse retinendum,
 sed δὶ ἰχθυῶν esse sequendam nos aperte docet. Cum
 enim ait cum pane & uino uere exhiberi
 corpus & sanguinem Christi, manifestè dis-
 cedit à litera uerborum Christi: ut quæ ipsorum
 uera sit sententia commonstret. Estq; euidenter sic
 immutasse uerba, ut damnaret (si non aperte, ta-
 citè tamen) errorem transsubstantiationis: quem
 præposterum τὸ ἁγίου studium peperit, atque alit-
si

Si enim formulæ scriptor, & qui ipsi auctores erant ut eam scriberet, sensissent uerba, ut sonant, esse & accipienda, & intelligenda, nunquam sic ea immutassent: quin potius ut significatissima retinuissent, atque uersissent, ut nunc facit Heshusius.

Ac, ut hoc quoq; adiiciam si τὸ φησὶν nos sequi uoluit Christus, huius formulæ scriptor grauissimè peccauit: qui non tantum discessit à uerbis illius, & ut discedamus nobis auctor est: uerum etiam orationis sensum immutauit. Quis enim tam rudis est significationis uocum, qui non testificetur aliam sententiam se in animo concipere cum audit hæc orationem, hic panis est corpus meum, & c. Et cum hoc pane exhibetur corpus meum? idq; multo maximè iudicabit, si persuasum habeat priorem illam sumendam esse, ut uerba sonant. Quid multis? An potest ullum certius argumentum proferri quam quod Romanenses, istas quibus utitur formulæ Augustanae interpretationes, reijciunt & damnant, uelut labefactates τὸ φησὶν: nimirum unicum præsidium, quo suum ueteris monstrum mutant atq; tueatur? Ab isto igitur cū abhorreat Augustanae cōfessionis assertores, an nō ab ipso quoq; præsidio abhorrere, atq; sibi cauere debent? Quod uerò Pontificiari satrapæ, & Monstri huius uindices, cum pane & in pane repudient, si nescit, aut negare audeat Heshusius legat sui colle-

APPENDIX.

Ex Apologia.

ge N. Villagagnonis in P. Melanthonē & I. Calu-
 uinum scripta . sed hæc obiter de uno Augustiniana
 confessionis articulo. De Confessionis Apologia
 alterum etiam producere & expendere placet. is
 extat in Capite de numero & usu sacramentorum
 cuius hæc uerba sunt: Certo debent statuere
 corda, cum baptizamur, cum uescimur
 corpore domini, cum absoluihur: quòd
 uerè ignoscat Deus propter Christum.
 Et corda simul per uerbum & ritum mo-
 uet Deus, ut credant, & concipiant fidem,
 sicut ait Paulus, fides ex auditu est. Sicut
 autem uerbum incurrit in aures, ut fe-
 riat corda. Ita ritus ipse incurrit in oculos,
 ut moueat corda. Idem effectus est
 uerbi & ritus: sicut præclare est dictum
 ab Augustino. Sacramentum esse uerbum
 uisibile: quia ritus oculis accipitur, &
 est quasi pictura uerbi, idem significans
 quod uerbum. Quare idem est utriusque
 effectus. Hastenus Apologiae uerba quæ ego in-
 tegra adscribere uolui multis de causis. Prima ut
 intelligat candidus lector me nihil alienum à uera
 & recepta doctrina tradidisse supra, cum egi de
συμφωνία, & consensu uerbi atque elementorum
 in sacramentis. Eadem enim hic breuiter dicitur,
 quæ istic fusius persecutus sum. Altera causa est
 quod

quod disertè scribat Apologiæ auctor, Deum uerbo simul & ritu, per aures atque oculos exceptis ferire, ac mouere corda: esseq; utriusque eundem effectum. Vnde euidenter conficitur, per utramq; ministerij partem, eundem Christum, cum eisdem beneficijs dari. Quod si uerum est, ut est uerissimũ, ubi est illud quod Cœnæ Domini peculiare esse uult Heshusius? Deinde qua auctoritate dicit accipi ore corporis, quod auribus & oculis offertur: in idoneis & aptis organis ad penetrãdum in cor? Certè pari ratione oculi & aures, fidem nostram erudiunt atque instituunt: & rem sacramenti in animum inducunt: ut in Baptismo, sic & in Cœnâ. Utriusque enim meminit scriptor iste. Quis ergo Heshusio persuasit ut per os, Corpori Christi, uiam & aditum ad cor patefaceret. Ea sanè uiam ad uentriculum, non ad animum ducit. An prudentiorem se putat Spiritu sancto, qui illam uiam ut compendiosissimam delegit, atque commonstrauit? An uult ut duce isto relicto, se sequamur? Sed quantum mali impèdat cæcos duces sequentibus: nos mature præmonuit Christus. Postrema causa que me mouit, ut hãc totam sententiam proferrem, ad rationem interpretationis uerborũ Christi pertinet. Nam ritum ait, idque rectissimè, esse quasi picturam uerbi atque idem significare quod uerbum. Mihi autem uehemèter placet uox ritus,

quæ

APPENDIX.

qua innuit nomine sacramenti, se intelligere ceremoniam totam, quae in oculos incurrit. praecipuae autem eius partes sunt panis fractio, datio, acceptio, esus. Haec omnia quasi pictura sunt, & illud quod uerbum significant. Quis autem dicet uerbum esse proprie ac substantialiter id quod significant? Quo ergo iure atque auctore etiam asseruerat & defendit Heshusius, panem esse proprie atque substantialiter Christi corpus? ille quidem oculis, & per oculos animo fide praedito, hoc asserit: atque quantum secum adferat utilitatem ostendit, praerogit, exprimit: uerum an ideo ille idem esse proprie atque istud dici debeat uiderit bonus iste doctor. Apologiae scriptorem si audimus, nunquam id credemus.

DEMONSTRATIO EX ADVERSARIJ SCRIPTIS.

VT hodie multo magis quam unquam aliter probem atque laudem illud iudicium sapientum aulae Persicae (quod uetus nerrat historia) de mirifica ueritatis: faciunt quae in antagonista mei libris, istius controuersiae occasione, lego atque obseruo. Siquidem etsi quantum is potest obfirmato animo, ueritatem oppugnet: uideas tamen eadem

eam, hūc identidē aduersantem uincere: & ab inuito confessionem extorquere: cōque adigere ipsum, ut ipsi testimonium non obscurum ferat. Inde petita argumenta ad nostrum institutum pertinentia, tantō efficaciora erunt, quanto minus suspecta esse solent, ac debent: quæ aduersarius, aduersario dat uirtutis & laudis testimonia. Aut diamusergo ipsum suo ore loquentem.

Passim fatetur, sacramentum rebus duobus, si que diuersissimis constare: id tantō constantius affirmat, quantō magis amoliri abs se conatur suspicionem commentī transsubstantionis: cui fauet genus dicendi quod defendit. Vbi autem illud tanto conatu asseruit mox non minus constanter, ne dicam pertinaciter, affirmat, panem propriè dici essentialē Christi corpus: & in ea oratione uerbum *E T T* ὁρα πικρῶσ sumi defendit: quasi ista consistere queant, & non planè sint ἀσυνετα. Si uerbum *E S T* cum copulat res diuersissimas ὁρα πικρῶσ sumitur, cum copulat res substantia easdem (uelut cum dicitur, Deus est Spiritus) quomodo sumi dicemus? Nam modò eodem in uerisque orationibus accipi nequit: idque dicere est absurdissimum. Quid enim absurdius quam ex sacramentali unione (quæ temporaria dici potest: cum in usu solo cōsistat: ut idem meus aduersarius profitetur) facere substantialem: quæ reb. constantibus

APPENDIX.

stantibus & saluis, dissolui dirimique nequaquam solet, ac ualet.

Similis iudicij atque sapientiæ est argumētum, quod Aduersarius iste uictus perspicuitate atque multitudine testimoniorum ex ueterum monumētis productorum, uel inuitus confitetur, Panem signum, figuramque & dici, & esse, corporis Christi, & tamē perstat in defensione rē p̄r̄ā cum ista non magis quam lux & tenebræ, seu ueritas & mendacium consentiant. Quomodo signum, signata res ^{in præsentia} erit? Ista Heshusius aliquando sapientibus persuadebit, cum Anaxagoras, tuum nigram esse, aliquid sentiētibus, persuaserit. At excipit ille, se fateri figuram esse quidem corporis Christi, sed præsentis non procul in celo remoti. Mirificum acumen, hoc ne est nodum, quod dicitur, soluere? Imò hoc quid ad rē? An in signo, rei signatæ præsentia, uel absentia aliquid immutat? Adidit ne illa quicquā, aut ista detrahit, quod orationis conditionem alteret? Cum Christus ipse panem porrigeret suis manibus, alia ne fuit orationis istius qualitas: quàm cum hodie, eo in cælum subducto, Minister ipsius, iuxta præscriptā formam panem frangit atque porrigit? Credo homini istī idē notare uerba hæc ESSE & ADESSE. Dicat mihi homo ingeniosus Num Cesaris imago, eo præsentem mutationem aliquam accipiat, ob quam aliter

ter de ipso dicatur, quàm cum abest. Non dissimilis est notã, quod hic homo, eam Christi orationem de qua agimus, inusitatam prædicationem esse pronunciat. Quid quæso in hoc genere est usitatum, nisi proprium? Quid ergo inusitatum nisi non proprium? Istud autem quid est, si figuratum non est? Verùm de is satis. supersedeo recitare eiusdem generis sexenta. Ex plurimis pauca ista indicare potius quàm accuratè excutere uolui candidè Lector, ut clarius intelligeres quàm sit ineptum, alienum, adeoque absurdum, quod homo iste defendit, nobisque credendum, importunè, & imperiosè, ne quid grauius dicam, obtrudat: & contra cognoscas quàm plana, uerã, benè consentiens, & firma sit ratio interpretationis uerborum Christi: quam ex scriptis Prophetis & Apostolicis, piæ, æruditiæq; antiquitatis consensu, petitam, Ecclesiæ Christi dijudicandam propono. Ad me quod attinet (ut de me hoc addam) quantò magis me aduersarij mei importunas, de istis mysterijs cogitare, loqui, differere, scribere, cogit: tantò magis in ista confirmor sententia: quàm mihi ab initio suggessit celestis Spiritus, cum me, per suam gratiam, ad lucis Euangelicæ cognitionem accersiuit atque induxit.

CHRISTIANA NO LECTORI

s.



E T I B I Christiane Lector, in
scriptionis huius
scriptinouitas, a
liquã adferret, vel
dubitationẽ ; vel
suspicionem, que
te fortẽ impelle
ret ad iudicandũ

de meo cõsilio atque instituro, aliter quã
res habeat: quã me mouerit causa, vt
hanc tractationẽ superiori adiungerem,
cãdidẽ tibi exponere volo priusquã ipsã
aggrediar. Ij quibus nostrã Ecclesiẽ cu
ra est demandata, dudum cogitationem
susceperunt, vt debebãt, de ea repurgã
da, quoad eius fieri potest, ab innumeris
corruptelis, quibus vt aliã plerũque, an
te hac fuit miserẽ deformata: & eam ad
formã quam diuinã literã tradunt: hoc
est verã & nãtiã, quantum licet per
varia

varia obstacula, reuocanda. Quanti la-
 boris sit opus, & quàm parùm etiam mul-
 tis laboribus proficiatur: norūt qui sunt
 experti. Cum autem inter alias doctri-
 næ, atque religionis Christianæ partes,
 sit in primis multis erroribus inuoluta,
 & infinitis fordebis contaminata Cœ-
 na Domini: in ea suo nitore restituenda,
 plusculum operæ ponendum ipsis fuit:
 & in offensionibus cauēdis (quod in pri-
 mis curæ esse debet) magna quidem &
 prudentia, & diligentia adhibita est: ta-
 men vt hodie sunt tempora, & ingenia,
 istud omnino vitari non potuit: non tã-
 tum propter morositatem quorundam,
 & imperitiam (quæ pietatis progressum
 mirè retardant) sed etiam multò magis
 ob peculiarem quibusdã peruicaciam,
 & calumniendi quæ optima sunt, libi-
 dinem. Istud autem comprimis factum
 est, restituto, & instituto in Ecclesia, ritu
 frangendi panis: qui creditus est à ple-
 risque cum rudibus, tum opinione sua
 doctis, & pijs, esse non solum alienus ab
 eo mysterio, sed etiam nouus, impius,
 profanus. Adeò obest bonis, pijsq; insti-
 tutis

EPISTOLA.

tutis consuetudo longa, rationē nulla
 suffulta: & aded est mala bonorum con-
 filiorum interpretis *philosophia* imperitię cō-
 iuncta. Itaque huius præposterī iudicij
 occasione, suscepi demonstrandum, Ri-
 tum frangendi panis, & huius in manus
 sumendi, à Christo re obseruatum, uer-
 bo mandatum, & Ecclesię traditum es-
 se: unde conficitur eum restitui debere,
 atque retineri: nisi, & exēpli Christi cō-
 temptores: & mandati uiolatores esse
 volumus. Quod si confecero, ut spero,
 non modò Christi institutionem à fœda
 corruptela vindicauero: sed etiã quàm
 nulla cautã offensionis illis præbita sit: &
 calumniandi quod à nostris nō prudēter
 minus quàm piè factū est, multò minus
 iusta sit occasio, demōstrasse me arbitra-
 bor. Ad hãc causam accessit quod An-
 tagonista ille meus *Hes hufius* facta, cre-
 do, conspiratione cum alijs duobus, cre-
 ditatis & religionis purę purę vin-
 dices videri volunt, vnà & quasi ex cō-
 posito nuper scripserunt (quo consilio
 atq, studio in præsentia exponere nō ha-
 beo necesse) de retinendo exorcismo in
 Baptismi

Baptismi mysterio, velut ab Apostolis profecto. Et iudicāt isti, malè esse meritos de Antiquitate, Apostolis, religione Christiana, eos qui ipsum sustulerunt: cū tamen fateātur nullum ea de re verbum extare in Apostolorū scriptis. quæ ipso-
rū cōfessio, omnibus quæ magno conatu congerunt rationibus dissoluendis abundè sufficit. Quàm mihi nunc iustior causa est vrgendi atq; etiam reprehendendi eos qui istum frangendi panis ritū sustulerunt à Christi mensa: & adhuc multò magis de ijs conquerendi qui cōsiliū studiumque nostrum in eo reducendo improbant? Verùm ab is omnibus abstineo: & te Christiane Lector moneo: vt tua causa susceptum laborem æqui bonique consulas: & memineris hoc esse primarium Christianæ religionis præceptum & pietatis quasi fundamentum: non quod tibi rectum videtur, sed quod præcepit Dominus facito.

K ij ASSER-

ASSERTIO

RITVS FRANGEN-

DI, IN MANVSQVE

sumendi panis in celebratio-
ne Cœnæ Domini.

PANIS fractio, est à Christo, in
Cœnæ suæ institutione, & seruata &
mandata.



POGITANTI
mibi sepe manere
de institutione mys-
terij Cœnæ Do-
mini, ut est à no-
stris Euāgelio-
phis summa fide,
atq; diligentia per-
scripta, Verborum

quibus seruatorem nostrum usum esse omnes tris-
dunt, gemina species esse mihi semper est uisa. Pars
enim altera promissionem, altera præceptionem
continet. Nam cum panem quem porrigebas
corpus suum paulò post in cruce[m] agendum, &
poculum, suum sanguinem iam iam effundere

dum in peccatorum remissionem esse pronuntiat, non obscure promittit, eos qui istum panem edunt, poculumque hauriunt, corpori ipsius, atque sanguini commuicare. Quæ uerò subijcit, Hoc facite in mei commemorationem, præcipientis uerba esse planè apparet. Quoniam autem de priore illa uerborum Christi parte, me satis multa dixisse iudico: de posteriore nunc nonnihil dicere, ob eam quam prius attigi causam, institui.

Principiò considerandum uenit, uerba illa pauca, Hoc facite in mei commemorationem, duo continere: quæ omnino distinguenda sunt: si ea rectè intelligere, commodèque interpretari uolumus. Dæ priores uocula, Hoc facite iussu, omnino continent: posteriores, In mei commemorationem, iussi usum demonstrant. de isto cur nunc plura dicã, nulla est causa. Prior illa pars sola ad hoc nostrum institutum pertinet: quare ea diligentius excutienda est. Habet autem particulas duas. Ad uerbũ facite, quod attinet, nihil obscuri continet. Apostolis præcisè mandat Christus, ut quod se facere tum cernebant, ipsi porro facerent: hoc est ut hoc suum factum deinceps imitarentur, & obseruarent. Ne quis igitur putet sibi satis esse uerbum de ipsius morte, audire, eiq; credere, disertè mandat ut suo exemplo, mortis suæ: datam uiam hanc publicam memoriam celebremus. Quare colant.

Cenæ cō-
tempores,
Christi mā-
datum uo-

DE PANIS

uerbo omnes huius mensæ contemptores, inobedi-
 tiæ atque contemptus diuini instituti, rei peragun-
 tur. Itaque nodus totus dissertationis nostræ, est in
 particula τῆρο : de qua ante hæc tempora, acce-
 fuisse concertationem inter quosdam, in explicati-
 da oratione proxima, τῆρο ἰσ τὸ σῶμα μν. quæ ad-
 buc extant uestigia, clarè ostendunt. Vna tamen Ae-
 postoli oratio, Panis quem frangimus, &c.
 apud dociles, minimeq; contentiosos, cōtrouersiam
 totam dirimit. Explicatio enim inde petitur lon-
 gè certissima : neque eius quem in manus sumpsi-
 mus loci, minus certa interpretatio haberi potest.
 tum ex hoc ipso Apostoli loco, tum ex Euangelistia-
 rum narratione : si eam propius inspicere, atque
 diligentius expendere uolumus. Primum autem
 ipsa narrationis uerba excutiemus : uti ordo flagi-
 tare uidetur.

Verbum facite, adiunctum particule demon-
 stratiue τῆρο, euincit hanc esse referendam, ad ea
 quæ proximè fecisse Christum Euangelica histo-
 ria commemorat. Nam uerbum istud, ut ad ipsius
 dicta accommodemus particulam τῆρο non finit.
 Et ut quæ fecerat demonstrari credamus, cogit.
 Quod autem ex uerbo facite, sacrificium Missæ,
 ut uocant, quidam stabilire sunt conati, tam est as-
 lienum, tam est ineptum, ut ineptus sit futurus, qui
 in tam putido commento refutando, tempus, ope-
 ramque

panemque ponere, non dubitabit. Est ergo dispiciendum, quid Christum fecisse, antequam uerba ista recitaret, scriptores nostri tradant. Non tamen Evangelicæ historiæ scriptores, sed & Paulus, postea hanc historiæ partem fideliter repetens, in hæc sententiam consentiunt. Accepit panem, gratias egit seu benedixit, fregit, dedit, ac dixit, accipite, edite. Nunc omiſſis istis uerbis quibus iubet, accipi, & edi panem, ea quibus quid fecerit describitur, consideremus.

Quatuor disertè, distinctè, & ordine certo atque apposito, uelutque naturali, recensentur, nempe. Acceptio panis, gratiarum actio (quam etiam uocabulo benedictionis significatâ esse optimi quique interpretes iudicant.) Fractio panis atque deditio siue porrectio eiusdem. Cum particula tertio, aliò quam ad factum istud referri, neque debeat, neque possit (nisi orationem totam atque actionem perturbare quis conetur) cogitandum est, an horum aliquod tantum, an uerò omnia quæ commemorata sunt, respiciat. Quando distinctionem inter hæc nullam, nedum exceptionem facit Christus (quantum quidem ex narratione fidelissimorum scriptorum colligere licet) nunquid insignis temeritatis, uerius quam audaciæ fuerit, hominem qualis, ac quantumscunque is sit, aliquid excipere uelle?

Porro inter ea quæ recitantur, quod priore loco

DE PANIS.

loco, & posteriore ponitur, sic ipsi actioni sunt eadē iuncta, ut ab ea tolli separariq; nequeant. Accipere enim panem, eundemque dare, cum qui Christi discipulus in ea actione obit, actio ipsa flagitat. Alia dō quæ media sunt, aliter se habent: nimirum gratiarum actio, & quæ eam sequitur panis fractio. Nō accipi, darique panis, extra gratiarum actionem, atque fractionem potest: atque etiam sepe numero solet. Vtrumque autem horum in ea actione Christo esse adhibitum, Marcus, Lucas, & Paulus sunt testes. At uerò ea ab ipso, tum, & in tam augusto mysterio, ut temerè esse adhibita, aut cogitemus aut dicamus, pietas Christiana nequaquam sinuit. Cui enim nisi profano homini, in mentem uenire poterit, Dei filiū, dum institueret mysterium quo mortem suam perpetuæ memoriæ consecrare uoluit, quicquam, aut dixisse, aut fecisse, nisi graui aliqua causa permotum, atque adductum? Ductorum certe, atque factorum ipsius, par est rationis pondus idem: quare pari fide, à nobis amplectenda, religionēque non dissimili, sunt colenda. Idq; isto in loco tantò magis est constituendum, quanto & uerbis ipsum usum esse paucioribus, & in factis tum parciorem fuisse apparet.

Accedit quod historiographos nostros (quorum ut cor, ita linguam, atque calamus rexit Spiritus sanctus) admodum religiosos, atque sobrios in huius mysterij

mysterij descriptione fuisse uidemus. Nam planè uerbis paucis rem perstringunt: & penè uerbis totidem omnes usos esse constat. quod à Paulo etiam cum repetijt, quod prius tradiderat, factum esse eruimus. Quis ergo credat, quicquam à Dei filio, in hoc longè sanctissimo mysterio instituendo, abs re factum, aut ab istis scriptoribus frustra narratum, Ecclesiæq; traditum esse? Quorsum autem factum esse existimabimus, nisi quia in facto mysterium nos docere uoluit? Quorsum scriptum, ad posteròsque trāsmissum esse iudicare possumus, uel debemus: nisi quia id, à posteris obseruandum esse sensit? Quare non est quod quisquam suspicetur, me, de nihilo contēdere, cum quod à Christo est & obseruatum, & mandatum urgeo.

Profectò sicut gratiarum actionem, à Dei filio, dum mysterium hoc institueret, iustissima ratione adhibitā fuisse, omnes, ut debemus, persuasum habemus: ita panis fractionem ipsi, non abs re adiunxisse, ut apud nos constituamus, religione obstringimur. Vnde certò conficitur, utrumque esse retinendum, in mysterij tanti celebratione: cum utrūque, eodem uerbo mādarit: neq; sine flagitio alterutrum prætermitti posse: quādo id sit separare, quæ Dei filius coniunxit, coniungique mandauit. Quam ad rem demonstrandam, abundè sufficit lex illa, quæ adeò præcise, adeò expresse uetat Deus, ne quid
Deut. 4.
ipsius

DE PANIS

Exod. 25.
Hebr. 8.

ipfius uerbo, aut addamus, aut detrahamus. Ad erro-
 re in religionis negotio, hoc est in forma diuini cultus
 experiri audere, tamò magis est præposterum,
 & detestandum, quamò minus ea in re mens hu-
 mana, & ratio, quod Deo probatur, cernere, so-
 let & ualet. Quàm fit nobis cauendum, à tam in-
 signi infania, satis docere nos potest, si dociles ge-
 ramus animos, quò ad eò disertè, adeò rigide, Deò
 Mosi demandasse legimus, ut Tabernaculum illud
 terrenum fabricaret, ad illud ~~ut pòd arua~~ quod
 ipsi in monte fuerat commonstratum. Equidem si
 tantus Propheta, adeò seriò prohibetur, sibi quic-
 quam sumere immutandum in constructione ter-
 reni tabernaculi (quod cælestis atque ueri tantum
 à rituum fuisse disertè scribit Apostolus) sed sin-
 gula agere ex præscripto nominatim iubetur: quò-
 ta quæso est impudentiæ, hominem quenlibet, in
 tantò mysterio, à Dei filio, adeò disertis uerbis in-
 stituto, Ecclesiæq; suæ tanta diligentia, atque re-
 ligione tradito, pro arbitrio immutare: hoc est
 quod placet addere, quod displicet detrudere? Hoc
 quid aliud est, quàm quod aiūt, figere atq; refigere:
 ut quod libet homini, ei in diuina decreta atque in-
 stituta liceat? An non hoc faciunt qui duorum isto-
 rum rituum alterum nos retinere iubet, præterire
 alterum? Quid? alterum ut necessarium (sicut
 est) præcipere, flagitareq; alterum uelut non
 neces-

necessarium negligere: aut potius ut profanum, ut
impium, reijcere, damnare, execrari? Sibi tan-
tum sumere hominem in diuina decreta atque in-
stituta, an non est nimis audacia?

Apostolus in more positum esse ait (quod etiam
iure Gentium confirmari constat) ut inter homines
semel initum pactum, solenne, & legitimum, im-
mutare nemini liceat. Principum publica edicta
nemo impune uiolauerit, aut labefactarit: Roman.

Pontifex in suorum decretorum contēptores, hor-
renda fulmina eiaculatur: plus ne ulli hominum li-
tere deceat, in cælestis nostri & Regis & Pontifi-
cis decreta, pacta, testamēta, qui ea infringere au-
det, uiderint. Valde uelim eos aliquando secū repu-
tare id ne impune laturo sint. Illos etiam qui, dum

de uerbis Christi, Hoc est corpus meum, iux-
ta rā p̄rā interpretādis agunt, uocem, morem, le-
gem: testamenti urgent, uehementer optarim attē-
te cogitare, an non iustiore titulo opponi ista omnia

ipsis possint, in parte de qua nunc ago. Si uerborum
proprietas est retinenda (ut ipsis uidetur) qua li-
centia ipsi quæ facta: & disertè mandata esse con-
stat, negligunt, tollunt, & damnant? Quanquam,

ut obiter hoc dicam, nomine testamenti abutuntur:
quo quid notetur, uel ignorare uel pulchrè dissimu-
lare, uidentur. Quis enim nescit, in literis sacris ea
uocē notari potius fœdus, atq; pactum, quam (quod
ipsi

Galat. 3.

Vox testa-
menti quid
noceat in lit.
Sacr.

DE PANIS

Cap. 9.

ipsi uelle uidentur) morientium supremam de rebus suis uoluntatem, siue ordinationem? Neq; ipsorum rationem adiuuat argumētum scriptoris epistolæ ad Hebræos: quo usus est, propter geminam uocis διαθήκη notationem: idque per allusionem quandam, & similitudinem, uerius quam quod humani testamenti naturam præ se ferat, quod nobis est per Christi sanguinem sancitū diuinum factū. Ut ad institutum meum redeam, apparet eos qui panis fractionem, in sacra Cœna prætereunt: minime satisfacere Christi ordinationi: qui uerò dantur apertè præuariari.

Ex æquo
mādata est
à Christo
Panis fra-
ctio, atque
gratiarum
actio.

Dicant mihi uelim isti boni interpretes dictorū factorūque Christi (cuius primi & prope solis uideri uolunt ueri discipuli) cur benedictionem seu in x̄p̄is seruant, si fractionem abijciūt? Quo arguemento illā defendunt, si istam impugnant? Non una cum altera & stat, & cadit. quippe quibus prorsus communia sunt principia. Quid uerbi opus? Quæcunque solent, atque etiam possunt adferri ad reprehensionem Romanensis edicti, de subductione calicis, & distractione symbolorum (quæ nō ab re coniunxit, coniungique uoluit auctor mysterij istius Christus) eadem etiam possunt, imò debent proferri, ad confutationem separationis duorum rituum, quos minime temerè coniunxit: & ut porro coniungeremus idem clarè mandauit. Pro-

facto, ut qui uetat, porrigi atque accipi poculum,
 quod Christus disertè dari, & sumi iussit, se insti-
 tuti huius, & re, & uerbis, uiolatorem esse palàm
 demonstrat: seq; eius qui instituit aduersarium cui-
 demer constituit: ita qui fractionem panis, eiusdem
 auctoris cum facto, tum uerbo constitutam, con-
 uellit, & damnat, nunquid ei se opponit? Ne lon-
 gum faciam, qui panis fractione peruicaciter im-
 probant, & à mensa, sua, uerius quàm Christi, ex-
 cludunt, cur non etiam gratiarum actionem, quæ
 eodem loco, & gradu non dissimili, ab auctore po-
 sita fuit, reijciunt, atque explodunt? Quòd si ingra-
 titudinis turpi atq; atroci flagitio, ne quid tale co-
 gitent, nedum admittant, reuocantur: quomodo ab
 alterius ritus contemptu, eos non arceat sceleratæ
 contumaciæ metus? Cur non uenit ipsis in mentem
 illud Cypriani, fas nò est, quod sit diuinitus
 institutum, humana traditione mutare?

Verùm de Christi uerbis ex Euangelica histo-
 ria sit dictum satis: nunc qui sit sensus, uerborum
 Pauli, sui præceptoris optimi, certissimique inter-
 pretis, expèdemus. Et quidem omitto quod. 1. Cor.
 cap. 11. cõmemorat Christum actis gratijs, panem
 fregisse: hoc ipso confirmans, quæ prius dicta sunt:
 quæ cap. 10. obiter quidem, sed admodum cõcinnè,
 de hoc ipso mysterio scribit excutiam paucis. Istic
 occasione quam alibi fusè satis exposui) Christi
 sacram

Paulus eo-
 dè loco ha-
 bet, panis
 fractione,
 quo poculi
 benedi-
 ctionem.

DE PANIS

1. Cor. II.

sacram mensam Corinthijs ob oculos ponit: potum
 calicem coniungens Christi exemplum secutus, &
 ipsius mandato obsequutus (neque enim is fuit qui
 uiolaret auctoris tanti instituta: & Ecclesie scelerata
 duceret, quod ille concesserat) poculum titulo ben-
 edictionis ornat: & à communi potu, hoc nomen
 Christi discernit potum: panem uerò & ornat, &
 à promiscuo pane distinguit, ritu fractionis. Pa-
 nis, inquit, quem frangimus. Hic primum, me-
 etiam tacente, quiuis intelligit, morem frangendi
 panis, in ea Ecclesia fuisse inductum ab Apostolo.
 At qui idem disertè affirmat, id se tradidisse, quod
 à Domino acceperat. Quis nõ uidet inde certò con-
 fici Dominum tradidisse ritum frangendi, cum gra-
 tiarum actione panis, in sua Cœna? Quid etiam deu-
 inceps consequatur, non minus est uel euident, uel
 certum. An non ultrò sequitur, eos qui ritum istum
 uel prætereunt, uel negligunt, esse contemptores
 atque præuaticatores præceptionis, traditionis
 Christi? Qui uerò etiam eo impudentiè progre-
 diuntur, ut eos qui istum ritum, ut à filio Dei in-
 tutum, quasi postliminio reducunt in Ecclesiam, res-
 prehendant, atque damnent, an non Christi hostes
 se esse palàm profitentur? Qui enim hoc audens
 nunquid perinde faciunt, ac si ipsum Christum res-
 prehenderent, atque damnarent?

Porro unumquenque, qui Christi doctrinam qua
 deo

debet religione expendere cupit, monitum uelim,
ut attentè consideret, quanto cum iudicio hîc &
loquatur, & scribat Apostolus. Duo cum sint elo-
menta (ut pleriq; nominant) siue, quod malo, sym-
bola, in isto sacramento, quæ pari loco haberi uo-
luit Christus auctor: isq; ritus obseruari duos:
quos etiã ex æquo esse obseruandos mandauit: quã
scite, quã pie, omnia hæc & distribuerit, & con-
iunxerit, quisnam potest satis cogitare, nedum ex-
primere? Equidem panem, à fractione, quæ ei pro-
pria est, denotat: poculum, cui illa competere ne-
quit, nomine ornat benedictionis, quæ alioqui utri-
que est communis. Neque panem, fractionis, quã
poculum benedictionis titulo, minus cohonestari
putauit Christi Apostolus. Respondeant nunc,
qui panis fractionem in sua Coena non admittunt,
ei quomodo conueniet pulcherrima ista Apostoli
ratio? quomodo citra torturam ipsi quod Paulus
de Christi mensa scribit accommodabunt? quo no-
mine panem ornabunt? quo titulo, à communi di-
stinguant panem?

Quid quod olim in ipsa Ecclesia Apostolica, A panis fra-
panis fractione, tota hæc sacra actio notata fuit? ctione, o-
Vnus historię Apostolicę locus qui extat cap. 20. lim deno-
id elare ostendit. Nam ibi Lucam, eo nomine sa- minata fuit
eram significasse Coenam, neque obscuris, neque mini.
dubijs argumentis demonstratur. Inde quid colligi

L possit

DE PANIS

possit ac debeat, facile intelligunt minimè stupidi. Postremam partem esse non posse, à qua totum denominationem sumat, apud omnes, nisi uehementer fallor, est in confesso. Hanc denominationem quocum modo admittant, qui rem excludunt?

Fractio distributione nequaquam notat.

Mat. 14. & 25, &c.

Humbert^{us} Episc.

Nec est quod fractionis nomine, distributionem designari cauentur. Præterquam quod que modo citata sunt, eum cauillum satis euidetur reuincunt: etiam ex ipsis uerbis Euangelistarum prius ascriptis, tam apertè refellitur, ut nullam ei locum relinquunt. Quorsum enim uerbo fregit, subiicit uerbum Dedit? An non ut significant distributionem, quæ fractionem est secuta? Id enim non minus apparet eo loci esse factum, quàm in historijs de quinque & septem panibus, primum à Christo fractis, ac deinde per Apostolorum manus uerbis distributis. Quid multis moror? Quidam inter presbiterios non omnino continendus in hanc scribit sententiam. Hoc quotiescunque feceritis: id est benedixeritis, fregeritis, & distribueritis: in mei memoriam facietis: quia quodlibet horum triū sine reliquis fiat, scilicet aut benedictio sine fractione & distributione, aut fractio sine benedictione & distributione, perfectam memoriam Christi non representat. sicut distributio nulla sine benedictione & fractione.

ctione. Hec clariora sunt quā ut luce alia egeant. Eum enim qui quid dicat, & uelit, iste scriptor non cernit, cæcum esse oportet. Nam tria hæc non distinguit solum, confusione fractionis atque distributionis, nullum relinquens locum: sed etiam sic omnia æquat, ut æque iudicet eum adimere perfectionem mysterio, qui fractionem detrahit, aut eam cū distributione confundit, atq; si inde benedictionem tolleret. Ex hac Apostoli doctrina, nō minus quā ex Evangelica narratione, cōstare arbitror, Christum non fractionem panis minus quā calicis benedictionem instituisse: hoc est & re demonstrasse, & uerbo mādasse, eā in suæ Cœnæ administratione, esse adhibendam: ut Apostolos etiam & adhibuisse, & ut adhiberetur disertè præcepisse.

Nūc superest ut inspiciamus, quid Ecclesia quæ secuta est Apostolos, in hoc genere fecerit. Hanc ut tēpore, ita & pietate Apostolicæ proximā fuisse, prius ostēdimus: unde colligi & potest, & debet, nō adeo eā degenerasse ut sui capitis, spōsi, atq; præceptoris instituta, atq; præcepta tā parui duceret, ut eorū statim obliuisceretur, ea negligeret, aut etiam uiolaret. Doctorū, pariter ac piorū uirorū, qui eo tēpore uixerūt: cuiusq; Ecclesiæ pars fuerūt, imō uerō ipsi etiā præfuerūt, monimēta quæ de multis paucis, uelut ex incēdio rudera, adhuc sup̄sunt, luculēter testificātur, eā sedulō instituisse Christi, Apostolorūq;

Ecclesia Apostolis proxima Ritū frangendi panis seruauit.

DE PANIS.

Epist. 59.

uestigijs adhuc recentibus: & ut illi tum fecerant, tum mandarant, ita ipsos & fecisse, & posteritati tradidisse. Multa congerere testimonia non est animus: indicasse satis superque fuerit, cum ille monimētorum reliquiæ, in omnium hodie uersentur manibus. Certè uoces quibus utuntur Clemens Alexandrinus, Iustinus Martyr, Irenæus, & Dionysius (quisquis est qui Ecclesiasticam Hierachiam reliquit) clarè ostendunt, ipsorum ætate seruatum fuisse in Ecclesia Panis fractionē. Vnius enim integri panis meminere, qui in partes concisus multitudini distribuebatur. Eum ritum ad Augustini usque ætatem seruatum fuisse euidenter testificatur Epistola quam ad Paulinum misit: & etiã quod in libro sentētiarum Prosperi ex eodem scriptore adducitur. Idem cognoscitur ex Ambrosij, Chrysostomi, Basilij scriptis. Sed quid immoror in re manifesta exponenda: aut ea probanda, que minimè dubia est? Non potest certius sciri quam diu eum ritū retinuerit ac seruarit Ecclesia, quam si inquiratur attentèque consideretur, quando, & per quos sit eo spoliata.

Ex Romanensium scriptis apparet, non ita pridem fuisse sublatum: & id esse factum per homines neque doctos, neque pios, neque bonos: quam doctrina Euangelica multis, ac ineptis hominum commentis, iam esset contaminata: ac Dei cultus
hominis

hominum quorundam partim ignorance, cui cōiuncta superstitio fuit, partim audacia, quam auaricia pariebat, esset neuis plurimis deformatus, mirisque modis transformatus. Veruntamen ne sic quidem inde sublatus fuit iste ritus, ut nullum sui uestigium relinqueret. Siquidem & in suis adhuc Missis, ut uocant, retineri fractionem constat: sed per absurdè, ut alia pleraque: cum ipsius usus nullus esse uideatur: uno eodèmq; Sacrificio paritulas omnes, mox patim deuorate, partim exorbente. Quare & de uero huius ritus usu, paucis mihi quoque esse dicendum existimaui.

RITVS FRANGEN-
DI PANIS QUI SIT
vslus legitimus.

ETSI quæ hactenus dicta sunt, eius generis esse sciam, ut non dubitem ea abundè sufficere: ad persuadendum pietatis uerè studiosis quod demonstrandum suscepi: quia tamen adiuncta honestati, utilitas, magnum pondus habere non abs re solet, ad permouenda ingenia minimè mala: si de multiplici usu, atque utilitate minimè simplici, huius ritus pauca dixerò, illud plenius persuasum iri spero. Accedit quod planè stultum, ineptum, Christianòq;

L iij homine

DE PANIS

homine atq; nomine indignum est, ceremoniã ullã
 recipere, eã uti, cuius usus ignoretur: imò nõ cuiã
 denter constet. Nam cum uerus Dei cultus Spiritu
 constet, aut stolidum, aut puerile est, ei admiscere
 quod eò non spectet, quòdq; cum non adiuuet ad aua
 tem qui fieri potest, si ceremoniæ, aut nihil significã
 cent, aut quid significant, qui eas obseruãt, nesciant
 Vnde cognosci potest, quid sit iudicandũ de opere, si
 illis quidẽ ceremonijs, sed mutis, ociosis, ineptis, ad
 pompam & splendorẽ pertinentibus, ad fidem aua
 tem, & religionem nihil facientibus: ut quæ suppo
 rem, uerius quã admirationẽ in imperitis cõcitant,
 & fidem atq; pietatem extinguant potius quã exa
 citent. Longe alterius generis atq; nature sunt ces
 remoniæ quas Dei filius suæ Ecclesiæ tradidit. quã
 tã is pauciores, ut scitẽ scribit August. tantò angu
 stiores instituit: et quãtò simpliciores, atq; præstati
 faciliores, tantò significãtiores, & ad docẽdos, per
 monẽdõsq; rudes, sed dociles animos, aptiores. Quã
 re cũ cõstet panis frãgẽdi ritum: ab ipso, & seruã
 tũ, & institutũ esse, cõstituendũ etiã est, nõ temerã
 sed graui de causa esse institutũ: nimirũ ad suorum
 animos de re maxima, & ad suã salutẽ p̄tinẽte, cõ
 monefaciendos. non enim signis uisibilibus, ut dictũ
 est, minus q̄ sermone, suã familiam, hoc est Ecclesiã
 instituit, atq; format. Quã ergo de re nos eo ritu cõ
 monefacere uelit optimus præceptor, dispiciamus.
Paulum

Paulū in hoc negotio cōficiendo ut superiore, uelut
 ducē certissimū, quiq; nos aberrare nō sinet, seque-
 mur. Is profectō cū dñi spiritū habuerit ducem atq; 1. Cor. 2:
& 7.
 hospitē: ipsius mentē atq; consiliū nō nescire non po-
 tuit. Sumemus autem principio illa (quæ hic Corin-
 thijs repetens quod tradiderat, recitauit) Christi
 concepta uerba: in quibus ab eo si literam, quod di-
 citur, spectemus, nō nihil discēssisse uidetur: dū quod
 ille dixerat, corpus meum quod pro uobis
 datur, hic repetēs dixit, frāgitur (ita enim & le-
 gūt, & interpretatur Græci, & inter Latinos Am-
 brosius) At enim nō sine Spiritu. S. cōsilio, præca-
 ptoris uerba mutauit discipul⁹: in eo præsertim ne-
 gotio, in quo aliud, quàm quod ab eo acceperat, se
 tradidisse pernegat. Hoc enim si uerum est (falsum
 autem nemo nisi impius credet nedum affirmabit)
 certō conficitur: & si hic mutarit orationē, tñ non
 aliud significare uoluisse, quàm quod ille prius signifi-
 carat: ac ita uocibus nō eisdē sententiā esse expressā
 eandē consecutū erit: adeo ut alter alterius inter-
 pres credi possit: nēpe prioris posterior, siue præ-
 ceptoris discipulus: negotium sic moderante, ad no-
 stram salutem, Spiritu. S. Iam uerō quid uerbis illis
 quod p vobis datur, significare uoluerit Chri-
 stus, neq; est obscurū, neq; quātū credo, cuiquā du-
 bium. Siquidē id multō ante prædixerat, præmonēs
 suos Apostolos non modō de morte sua, sed etiam
 Quod per
 verbū Da-
 tur, signifi-
 cauit Chri-
 stus, id per
 uerbum frā-
 gitur, Paul⁹
 expressit.

DE PANIS

mortis quam perpeſſurus erat, genus deſcribens. Filius, inquit, hominis tradetur gentibus ad hoc vt illudant, & flagellent, & crucifigāt. Eodem pertinet quod hoc myſterium mortis ſuæ ἀπανοίσις nominat. Ita uerbo DATVR Christus tantundem ſignificauit, ac ſi dixiſſet aſſiſtetur, crucifiſtetur, occidetur. Si hæc ſuit præceptoris mens, ut eam fuiſſe omnino apparet, proculdubio eadem eſt & diſcipuli.

Cur verbū
mutarit
Paulus.

Tantum nunc conſiderandum uenit, cur hic docēdi genus mutarit, idem atque ille ſignificauerit. Cum ducem habuerit Apoſtolus Spiritum ſanctū, quem eſt ſecutus in alijs negotijs iſto minus grauius, quin iſtud eiſdem conſilio, & ductu fecerit non eſt quod dubitemus. Quod autem fuerit Spiritus ſancti conſilium inueſtigatu, cognitumque minimè eſt difficile. Expoſitum iam ſatis eſt, ipſius ſapientiæ atque bonitati eſſe uiſum, ut rebus uſibus & actionibus in oculos incurrentibus, non minus quàm uerbis, Dei filios, ſiue Chriſti Eccleſiam erudiret. Vt autem illud docēdi genus, eſt iſto quodammodo familiarius, & rudioribus inſtitutionibus aptius: ita ſi ab hoc ſeparetur, parum præſtare ac prodeſſe poteſt: imò ſubinde plurimum obreſcere ſolet: quod uſuuenire quotidie experimur ubi ritus, ſine uiua, ut dicitur, uoce, in Eccleſiam inducuntur, aut exercentur. Niſi enim iſta adſit uelut
inter-

interpretes, homines rerum diuinarum rudes, sibi
 multa fingunt & imaginantur aliena à scopo eo-
 rum, qui ceremonias illas instituerunt: & quæ est
 humanae mētis cæcitas, cordisque prauitas, pro re-
 ligionis & pietatis studio, atque incremento, su-
 perstitionem induunt: idolâq; sibi fabricant. Rem
 manifestam, ac nimis frequentem, exemplis uel
 confirmare, uel illustrare nihil est opus: de eo quod
 suscepi nunc me agere præstat. Fregerat Christus,
 ut ostensum est, panem, quem sui corporis titulo
 ornat: & quid in corpore subiturus esset ipsorū
 causa, uerbis paucis indicat: at hoc ipsum ea fra-
 ctione portendi, nequaquam disertè exposuerat.
 Ne ergo posteritas erraret, quod procliue erat: &
 aut retineret ritum sine usu, ignorata significatio-
 ne (quod est ineptæ superstitionis) uel aliquid sin-
 geret, atque comminisceretur alienum (quod est
 exitiosæ idololatriæ) uoluit Spiritus sanctus quæ
 ipsius est bonitas, per Apostoli sermonem, isti ma-
 lo occurrere: & quid illa cæremonia representa-
 ret, oculisq; subijceret, nos doceri curauit. Ut pau-
 cis expediã: Voluit Spiritus sanctus nos per illam,
 qua usus est Apostolus uocẽ, monere ritu fractio-
 nis panis, animis nostris idem insinuari per oculos:
 quod uerbis Christi modo recitatis, per aures in-
 geritur. Quando igitur in hac sacra mensa, Domi-
 ni panem frangi cernimus, si ea ritè uti uolumus,
 ueniat

DE PANIS

ueniat nobis in mentem Apostolum pro uerbo
Αὐτῶν quo usus fuerat seruator noster, subie
 tuisse *καὶ αὐτῶν*: ut ea fractione commonefacti, con
 gitemus, aut potius serio meditemur, Christū nos
 bis suum exhibere corpus, nō nudum, ut sic loquitur,
 sed plagis uestitum, uibicibus adopertum, omni con
 tumeliæ genere affectum, cruciatibus grauissimis
 contusum atq; fractum, atque adeò cruci affixum.
 idque expiendorum scelerum nostrorum
 Certè talem, hoc est omnibus istis indutum contum
 melijs (quæ summa nobis sunt ornamenta) fides nos
 tra ipsum concipiat oportet, si inde fructum salutem
 quem recipere uolumus. Talem conceperat, alterq;
 animo suo impresserat hic ipse Apostolus: qui in
 eadem epistola scribit, hoc unum se ad cognoscen
 dum dignum iudicasse.

1. Cor. 2.

Est ergo panis fractio uiua quædam imago affli
 ctionum quas Christus, ad expienda nostra sceler
 ra, pertulit in suo corpore: priusquam animam pa
 tris commendaret suo, atque in ipsius manus depo
 neret: quas omnes in memoriã nos reuocare debet,
 si mortis ipsius usum atq; fructū sentire optamus.
 Inde Theophilactus accusandæ Corinthiorū insen
 tentiæ, argumentum sumit pulcherrimum: Nam
 pro omnibus (inquit) corpus suū fregit in
 mortē tradens: tu uerò anteuertis, & oc
 cupas edere: neque communem panem
 in

in medium ponis, neque frangis ipsum, uti detur multis. Istam etiam interpretationē confirmat Augustinus in lib. sent. Prosp. cum, inquit, frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quàm Dominici corporis in cruce immolatio, eiúsq; sanguinis de latere effusio designatur? Deniq; si ritus istius uerum usum intelligimus, eúmque ut par est accipimus, erit nobis instar lucidissimi speculi, in quo Dei iram aduersus peccatū contuebimur: & patris, æque atq; filij, ærum atq; mirificum in nos amorem clarè contemplantur, seriòque sentiemus: si uera, Christiana que fide sumus imbuti. Hic mihi esse uidetur primarius fractionis panis usus: pertinens ad fidei notationē in Christum, tum institutionem, tum cōfirmationē: & ad eam quæ pijs est cum capite suo Christo, *κοινωνία* obsignanda.

Alterum usum huiusceremoniæ priori cognatū, idem Apostolus uerbis paucis illis quidē, sed ualde appositis, in capite eiusdē epist. 10. in ea quā supra citauimus sentētia exposuit. Posteaquā asseruit per eū mysticum panē coire, aut potius coalescere, *πρότερον* cum Christo, ut mēbrorum cum capite *κοινωνία* de ea quoq; quæ est membrorum inter sese, ab eodē pane sumit differendi argumentum. Vnus, inquit, panis, vnū corp' multi sumus: nā omnes
 vnus

DE PANIS

vnus panis sum' participes. Nō panes multos, sed unū in ecclesia esse pronūciat: ex quo omnes fiāt participes. unde cognosci potest, an minutie le-
 le, ut quidā olim appellauit, denariorū formā pre-
 se ferentes, sint ab Apostolico, an apostatico (si ita loqui libet) Spiritu profectæ. Profecto totam Apo-
 stoli collectionem enervant, conuellant, euerunt: cū nō omnes de uno, sed singuli singulos sumāt pat-
 nes. Ac perit etiā pulcherrima doctrina, & exhortationis ad mutuū amorē, materia: & adimittit longē pulcherrimum argumentum excitandæ Ecclesie ad colendam sub uno duce & capite Christo-
 piam concordiam. Quī potest dici participatio, ubi nullum est totum, ex quo partes sumantur? Quī potest accipere unusquisque partem suam, cum de Christo partes (in sacramento quidem) sunt, ut ex Augustino citat compiler, ut quidam uocāt, Cas-
 nonum? Vbi nā est signi fractura, imminutionē nō accipiente signato, ut identidem occinitur in tēplis:

De Consec.
 Distinct, 2.

Quatenus vnus sit, omniū in Christum credē-
 tium panis.

Nec est quod quisquis obstrepat, non ideo non unum esse panem, quod multi sint distincti: cū vnus etiam omnium Ecclesiarum sit panis, omnesque quantumuis locis spaciisque sint diuisi, vnus panis fiant participes. Verum id esse scio: neque inficior Ecclesias omnes, quæ Christi institutionem retinent, unum edere panem, quatenus vnus omnes sunt Christi participes: at nunc de sacramento agitur

igitur, in quo administrando contendo, id sequen-
 dum esse & faciendum, quod Christum & docuif-
 se, & fecisse constat. Vnum Ecclesie coetum, ex
 uno pane edere uoluit: ut omnes uel hoc ipso sub-
 monerentur, se unum constituere corpus: atque a-
 liorū alios esse membra, quibus unum sit caput: &
 que eodem uiuant spiritu. hanc sanē unionem
 omniumque rerum *κοινωνία*, unius panis esu iussit
 ut obfirmaremus: quo altius animis infirmeremus,
 semperq; meminissimus, mysticæ huius atq; planè Rom. 12
 diuinæ societatis. Cum igitur inter pios conueniat,
 instituta esse sacramēta nostræ imbecillitatis cau-
 sã: nimirum ad exuscitandum in nobis pietatis stu-
 dium, confirmandam obfirmandamque in animis
 nostris fidem, charitatē inter nos alendã: & exer-
 cenda omnia pietatis officia: cur negligimus quod
 præscripsit remedium, qui nos intus, & in cute, ut
 dicitur, nouit: morbos omnes nostros habet perspe-
 ctos: & quod remedium flagitent, atq; ferant pro-
 bẽ intelligit: quippe qui optimus sit sapientissimús-
 que animorum medicus? Cur nos, surdi atque cæci,
 cõsiliũ saluberrimum repudiamus? Cur iudicium
 atque rationem nostram (si non potius insania
 quam ratio appellanda est) sapientissimis pariter
 ac sanctissimis ipsius cõsilijs, decretis, institutis an-
 teponimas? Cõmemorant scriptores quidam se-
 culi non optimi quidem illius, at in quo adhuc que-
 ritur

DE PANIS

dam ueræ religionis uestigia apparebant, in more
olim fuisse: ut singuli cōferrant suū uelut symbolū
ad hunc cōmunem panem conficiendum: à quo des
inde etiā uniuersi partem sumebant: uerū pietatis
ardore demum restincto, in huius locum successisse
morem (qui etiā hodie apud multos seruetur) panis
quem *υποστασ* quidam nominant, conficiendi, atque
in singulos distribuendi: qui etiā postea superstitio-
nis materia fuit: Deo ita uindicante humanam
temeritatem & arrogantiam institutorum ipsius
contemptricem. Sed de fractionis panis usu duplici
minimè aspernando hactenus.

PANEM SACRVM IN MANVS SVMERE Christus iussit.

ETSI ritus iste quibusdam uideri possit leuior,
quàm ut de eo quæstio moueatur, aliquaq; eius
causa disceptatio suscipiatur: si tamen existimamus
(ut existimāt omnes qui ueræ pietatis sensum alio-
quem habent) quæ Dei uerbo comprehensa, & im-
ter mādata sunt expressa, minimè esse leuia, sed esse
se dignissima & de quibus quærat, & quæ uir-
geantur: nequaquàm abs re, hoc quoque à me ex-
cuti atque urgeri iudicabitur. Imò uerò qui, quæ in-
repsit in hac etiā parte, pro religione superstitio,
adeoque

adeoque idololatria considerare attentius uolue- Præpostere
 rit, iudicabit planè hanc quoque questionem, ad my- religionis,
 sterium hoc suæ integritati restituendum, esse om- est, panem
 nino necessarium? Quantæ impietatis atque profa- contingere
 nationis esse creditur: nõ tantum apud Pontificios, nolle.
 sed etiam apud alios quosdam, qui de recepta E-
 uangelica luce gloriantur: si quis è uulgo audeat
 contingere, nedum in manus sumere sacrum panem?
 Quo cæcitatatis est uentum, quum religione facere
 prohibemur, quod religio ut faciamus flagitat? At
 uerò flagitare religionem, ut panem, dum Coenam
 Domini celebramus, in manus sumamus, qui ne- Panem sume-
 gauerit, neget etiã oportet, esum panis à nobis, eum re in man-
 flagitare. Si quidem mandato eodem utrumque cõ- æque atque
 tinetur: pariq; loco, et gradu, ponantur ab auctore edere man-
 Christo: imò accipere prius, quàm edere iubet. Acci- dat Chri-
 piendi porrò uerbo, quid aliud designari potest, stus.
 quàm ut in manus sumatur? Nam ipsa primùm re-
 latio que aperta est inter uerba dedit & acci-
 pite, hanc intelligentiã et interpretationẽ postu-
 lat. notant enim aperte de manu, ut aiunt, in manum
 traditionem. Deinde uerbo illo accipite, quid uel
 diuinari potest, aliud significare uoluisse Christum, quàm
 in manus acceptionem? Profectò enim in tâta uer-
 borum paucitate et parcitate aliquid frustra ipsum
 dixisse nullo modo est existimãdum [au]toritã usũ eũ
 esse quis credat? Quicquid ad oris officium pertinet,

uno uerbo Edite est haud dubiè comprehensum.
 Ergo aut redundantia uocum admissa est à Chris-
 sto, aut in manus sumere panem iussit. Illud cum
 nullibi eum fecisse legamus, eo loco, & tempore
 quò fecisset? Hoc itaque ut credamus religio iubet.
 Instrumentum apprehendendæ rei quæ offertur
 manus est, ut os excipiendo, comminuendo, edens
 doque cibo est destinatum. Quare non dubito esse
 firmare Dei filium tam mandasse discipulis suis ut
 panem manu apprehenderent: quàm ipsum mandasse
 se ut ore sumerèt, cõminuerent, ederent inter om-
 nes conuenit. Quod si quis tam sit ineptus, ut pres-
 tidum illud commentum de Apostolorum discer-
 mine & populi, obtrudere audeat, ut methodo eor-
 dem eludat potiusquam diluat hanc rationem, ut
 que illam, quæ cõtra sacrilegam subductionem ca-
 licis profertur: hunc ego indignum iudico refuta-
 tione: sed ut parum mentis sanæ Anticyras nauis-
 gare suadeo. Apertè negat Chrysost. 2. Corin. homi-
 28. hac in re differre sacerdotem à subdito. Sed an
 non constat Paulum, cum repetit quæ uniuersæ Ecu-
 clesie (non presbyteris solis ut isti uolunt) tradidit
 dat, ex formula Christi petita uerba utraque quæ
 Mattheus & Marcus commemorat Accipite,
 edite, recitasse?

Atque inde conficio, quòd si Heshusij argumẽta
 cum ex uerbo Edite ductum, est momenti adicere
 ius

tus ad probandum Christi corpus ore manducari:
 etiam habere ipsum ex uerbo Accipite idoneū
 argumentum, ut euincat ipsum manibus contra-
 ctari. Quo autem iure ipsum negat labijs attingi,
 negare ipsi licebit ipsum digitis contingi. Ego uerò,
 ut hoc iudico ineptum, absurdum ac delirij instar
 esse: ita & illud. Sed uerba ambo ad panem tan-
 tum, hoc est sacramentum corporis Christi accō-
 modanda esse sentio: & meam sententiam ueram
 esse ex unico illo uerbo, de quo supra egimus, fre-
 git, euinco. Siquidem uno omnium piorum animo
 & ore asseritur (neque ipsum Heshusium iturum
 inficias credo) Christi corpus fractioni minime
 fuisse, nedum nunc esse obnoxium. Quā sententiam
 confirmat Propheticum oraculum, ab Euangelista
 Iohanne explicatum, & ad hanc rem accommo-
 datum. Accedunt Chrysostomi & Augustini, in-
 terpretationes, quibus negant id Christo nisi in sa-
 cramento, siue sacramentotenus competere. Quod
 si panis solus fractus est, & id quod est fractum
 Apostolos accipere, ederēque iubet Christus: qua
 lege argumentationis conficere potest Heshusius
 corporis Christi oralem (sic enim uelit nolit ap-
 pellabo suum commentum) manducationem? Nam
 orationis contextus, uerborūq; series postulat, ut
 uerba omnia referamus, ad id quod in orationis
 capite est positum, nempe Accepit Iesus pe-
 nem

Verba acci-
 pite, edite,
 ad panem
 pert. nere,
 ex uerbo,
 fregit, eua-
 citur.

Cap. 19.

DE PANIS

nem. Sed iam redeat oratio mea unde est discreta
 sa: Verbo Accipite significari sumptionem in
 manus ostendi: ostendi quoque posset ex poculi dis-
 tributione: uerum à uerbis de pane dictis discedere
 minimè uolo.

Ambros.

Ne quis autem arbitretur nouam me interpreta-
 tionem assingere, ad nouum aliquod dogma con-
 stituendum: proferam unum atque alterum, ex do-
 ctis piisque Patribus, testimonium. Illa Ambrosij
 ad Theodosium memorabilis oratio, illustre ali-
 modum præbet. Quomodo, inquit, manus ex-
 tendes, de quibus adhuc stillat sanguis
 iniustus? Quomodo huiusmodi manibus
 suscipies sanctum Domini corpus? Sic
 eum appellare panem, corporis Christi sacra-
 mentum apparet: alioqui corpus tactui quomo-
 do esset obnoxium? Vetusius est, nec minus cla-
 rum, Dionysij Alexandrini testimonium, quod ex-
 tat apud Euseb. lib. 7. histo. Eccle. cap. 9. de eo qui
 cum ab Hereticis baptizatus fuisset, à Catholicis
 denuo baptizari cupiebat, inter alia commemo-
 rat: Cum & gratiarum actionem in Ec-
 clesia audisset, & ad illam vnà cum alijs
 Amen accinuisset, mensæ astitisset, ma-
 num ad suscipiendum sanctum cibum
 extendisset, illum etiam accepisset, &c.
 Eodem pertinere existimo illud Chrysost. in Mat.
 cap.

Ex istis, ac
 similibus ve-
 terum locis,
 euincitur
 ipsos ufos
 fuisse locu-
 tionem sacra-
 mentali: de
 qua supra
 egi,

cap. 26. Ipsum vides, ipsum tangis, ipsum
 comedis. In istis uerbis considerato ordinem es-
 se seruatum, qui in superioribus est notatus. Huc
 etiam pertinere iudico Concilij Constantinop. 6.
 decretū, contra eos qui pro manu uascula quedam
 aurea, uel ex alia materia construebant ad susce-
 ptionē diuini doni. Ut finem faciam, Caietani Car-
 dinalis coniecturam ab his quæ dicta sunt minime
 alienam, ascribam. Non est, inquit, verissimi-
 le, quod singulorum ori imponendo sin-
 gulas partes porrexerit, uel manu sua ad
 manum eorum: sed exhibuit, & obtulit
 particulas sacri panis in patina, à singu-
 lis particulam proprijs manibus acci-
 piendam. Quid multis? Multæ hodie formæ esse
 dicuntur, atque creduntur huius sacre Cœnæ ad-
 ministrandæ: neque cum illa prima & legitima,
 neque inter sese prorsus consentientes: uix tamen
 illam esse arbitror, quæ duos istos ritus non reti-
 neat, Romana excepta, & quæ ab eadem sunt de-
 riuatæ: adeo ista Ecclesia, quæ sola Apostolica ha-
 beri uult, à prima & uera origine deflexit: &
 Christi instituta, humanis commentis, & addita-
 mentis uitiauit, corrupit, deformauit. Verum ne
 hæc quidem, ita pridem abscedere à primis illis ue-
 stigijs coepit: ut ex ipsis Pontificiorum monumentis
 cognoscitur. Ne autem suspicetur aliquis, frustra

Caietanus.

DE PANIS

de eo ritu cuius nullus sit usus, me tam longam instituere orationem, exponam etiam eius usum nimè vulgarem.

RITVS, PANIS IN
MANVS SVMEN-
di vsus.

CONSTAT qui sit sacramentorum usus atque finis: & quorsum adhibeantur cere monie aliæ, non est ignotum. Nihil adhibitum esse à filio Dei, in huius mysterij institutione, quod sit inane, facile etiam fatebuntur omnes pij. Et licet iudicare quis possit, actionem postulauisse rem ita fieri, nec aliud subesse mysterij: ego tamen rem aliter habere existimo: ad mysterij riuumq; facere non dubito. quod quàm faciã meritorum esse spero. Cum tota institutio eo spectet, ut sciamus, nobisque omnino persuadeamus. Christum nobis à patre esse datum, huncque se totum nostræ causæ, sua sponne, impèdissè: ac ita ipsam cum omnibus suis donis iam esse nostrum, instar possessionis nobis propriæ, procul dubio representatur isto ritu quædam missio in possessionem. Itaq; est nobis uelut gradus primus, ad confirmandos animos nostros, in concepta fiducia, de Christi corpora

re in expiationem peccatorum nostrorum tradito, fracto, crucifixo, atque adeò mortuo. Equidem nò dubium argumentum est rem esse nostram, quando nobis in manū traditur: quòd peruulgata etiam dicta testificantur. Ad significandā applicationem, quæ sit singulis (cuius causa in primis esse instituta sacramenta omnes fatentur) plurimum ualeat hic ritus sumēdi elemēti, siue symboli in manus. Quare nò est quod quisquam existimet aut ociosam, aut frigidam hanc esse cæremoniam: esseque indignam pro qua Ecclesiæ restituenda, laboremus.

Dicet forte aliquis, rationibus & argumentis eisdem, quibus hos ritus urgeo, urgeri etiā posse, adeòq; debere alios quos Euangelica historia tradit: atque testificatur, à Christo & Apostolis tum esse seruatos: uerum eos aut neglectos, aut etiam antiquatos postea fuisse cognoscimus ex nò obscuris indiçijs atque documentis. in eo genere recensere licet, temporis circūstantiam: quam Augustinus sapiēter ac iustissima ratione mutatā esse scribit. Acubationem quoque, seu sessionem ad mēsam, & quædā non dissimilia, nò defuerūt ætate nostrā qui in Ecclesiā reuocare sint conati. At ego eos de quibus egi, generis esse eiusdem, eodēmq; loco esse habendos pernego. Quippe qui habent cum exentplum, tum uerbum Christi, quo nituntur: habent etiam significationem, & adiunctam commones-

M iij Etionem

DE PANIS

Cæremo-
niarū vul-
gata parti-
tio.

tionem omnino ad mysterij illustrationem perti-
nentem: illa uero quæ enumerata sunt, aut historie
cōtextendæ causa adiecta sunt, aut alias, & ab hoc
mysterio distinctas, causas habent: aut ad loci gen-
tisque mores pertinent: interq; ea quæ ad diuina
nominantur, censeri debent. Iudico autem omnino
retinendam atque sequendam vulgatam distinctionem
ceremoniarum piam & eruditā, nisi fallor:
quæ dicuntur aliæ uerbo Dei esse consentaneæ, atque
que etiam expressæ, aliæ alienæ uel dissentaneæ,
aliæ indifferentes. Ut illas seruandas retinendasque
ita istas propellendas procūque explodendas esse
inter omnes pios conuenit. Ad has quod attinet, et
si facile patiar, eas ut merentur in medio relinquere
nolim tamen temerè induci: & frustra istis nō nec-
cessarijs onerari Ecclesiam. Quæ ad ueragiamque
ciunt, non abs re eas aspernari, est hominis pietatis,
publicæq; cōcordiæ & ordinis amantis. Quæ
cunque ad pompam tantum faciunt, & oculis vul-
gi perstringendis magis quam pietati excitandæ
atque promouendæ seruiunt, nemo prudēs & pius
urget. Quod uero ad istū ceremoniarum cunctis
lum atque splendorem tuendum, aut potius fucan-
dum à plerisque uel superstitiosulis uel ambitiosis
lis adferri solet, id adeo infirmum, futile, ineptum
est, ut per se, atque sua sponte concidat. Constat et
penē omnia uel inuicta uel aucta fuisse, cum Eccle-
sia

clesia, ut uerissimè, scitissimèq; quidam istorum
 dit, numero quidem augebatur, sed san-
 ctitate minuebatur. Quare ter quaterque
 ineptos esse apparet eos qui huiusgeneris ritus à
 quibusdam sublatis esse queruntur: eorūq; cau-
 sas rixas mouent: & interea à Christo seruatos, at-
 que mandatos, & ad religionis non ornatum so-
 lum, sed etiam exercitium, & incrementum per-
 tinentes, aut negligunt, aut rident, aut damnant.

TYPOGRAPHVS PIO

LECTORI.

CVM pagellas istas relegerè, animaduerti ex-
 cidisse quædam inter excudendum, vt fit, ni-
 si festinatione. ea autem ferè eius generis sunt,
 ut sensum minimè labefactent. ad orthographiã
 quidem pertinent (quia literarum uel commuta-
 tione uel additione uel detractiõne, aut etiam di-
 stinctionis, non satis accurata notatione, est erra-
 tum) uerum ista à quouis dignosci emendarique
 facile possunt. quædã hic restituiimus: tui candoris
 Lector esse existimato cætera obseruare: & eorū
 qui tibi prodesse cupiunt labores, minimè malè
 interpretari.

Errata sic corrigito.

Folio 2. b. lin. 9. lege nefaria blasphemia. fo. 10. b. li.
 2. 5. le. apostata. fol. 16. b. lin. 18. lege facient fol. 18.
 2. lin. 8. lege subsidunt. fol. 19. b. lin. 4. lege *αφῶσ*.
 fol. 20. a. lin. 5. lege Queruntur. fol. 39. b. li. 26. lege
 adhibendam. fol. 51. b. lin. 14. lege illa, ista.

TRACIONS
The first thing that I observed
was that the water was very
warm and that the air was
very dry. I had never before
experienced such a climate.
The people here were very
friendly and hospitable.
I had heard that the people
were very savage but I found
them to be very good natured.
I had also heard that the
country was very fertile but I
found it to be very barren.

THE PEOPLE
The people here were very
friendly and hospitable.
I had heard that the people
were very savage but I found
them to be very good natured.
I had also heard that the
country was very fertile but I
found it to be very barren.

THE CLIMATE
The climate here was very
warm and dry. I had never
before experienced such a
climate. The people here were
very friendly and hospitable.

A 1899 238
ocw 6671566g